mo demonis malignitatem: q̄ incepit inſidiari ſibi ab initio illius.i.ab inſtanti conceptionis ſue: volens eam mordendo inficere veneno originalis culpe: ſed ipa cautior vicit eum vt non preualeret ei. Et hoc eſt quod dictum eſt figuratiue ſerpenti Genes. iij. Inimicitias ponam inter te et mulierem ꝛ ſemen tuū et ſemen illius: nichilominꝰ ipſa conteret caput tuū. ¶ Scdo ipſa decepit iudeorum mēdoſitatē: qui reputātes impoſſibile mulierem poſſe concipere abſqꝫ virili ſemine: et ex altera parte videntes in effectu ipſam dei matrem grauidam dixerunt hoc eſſe ex opere Joſeph. Sed ipa oſtēdit eos mēdaces per angelicum oraculū quādo ſcs Gabriel nūciauit ei dicēs. Spūſſctūs ſuperueniet in te: et virtus altiſ. obum. ti. Et hoc eſt quod canit eccleſia Gabrielem archangelum ſcimus diuinitꝰ te eſſe affatum: vterū tuū de ſpūſancto credimus impregnatū. Erubeſcat ergo iudeꝰ. ꝛc. Itē Math. i. c. oſtēdit eos mēdaces per hoc ꝙ dicit. Quod in ea natū eſt de ſpūſancto eſt. ſup. formatum ꝛ organizatum atqꝫ conceptum. ¶ Tertio ipſa decepit nature ordinem. Natura enim voluit in obitu ſuo detinere corpus eius benedictum intra viſcera terre vſqꝫ ad generalem oīm reſurrectionē: allegans illam dn̄i ſentētiam. Cinis es et i cinerem reuerteris Gen. iiij. Sed ipa fefellit ipm nature ordinem: dicens corpus ſuum non debere incinerari: maxime cū nunꝙ aliqua labe peccati etiam originalis fuiſſet infectum. Et allegauit pro ſe illud propheticū verbū Non dabis: tu ſup. deus: ſanctum tuū. i. corpus ſanctū matris tue. quod fuit tuum: tum per creationem: tum per ſpecialem ſanctificationem: tum per corporalem inhabitationem videre corruptionē. Sed ſurge in requiem tuā: tu ꝛ archa ſctificationis tue. i. cū corpore matris tue: in quo nouē menſibꝰ velut alter Noe tāꝙ in archa quieuiſti. Sic ergo patet ꝙ multipliciter ipa beata virgo recipit huius nominis Jacob interpretationem.

SEcūdus liber dicitur incarnatiōis diuinalis: et hic liber ſcriptꝰ eſt: intus ꝛ foris. Primo ipm aperiēdo intus inuenimꝰ de hac ſctiſſima filij dei incarnatione duo: vcꝫ

E ¶ Primo vnā figurā. Legitur ei Gen. xxxvij. ꝙ cū filij iacob paſcerēt oues patris ſui in sychen: ipſe Jacob miſit ad eos filium ſuum Joſeph: quē tenerrime ꝛ ſuper ceteros diligebat: eo maxime ꝙ in ſenectute genuiſſet eum: propter qđ fecit ei tunicā polimitā. i. ma-

nicatã qđ erat tunc multũ nouũ: alijs autẽ filijs fecerat tunicas ſine manicis: Catholicon aũt dicit q tunica polimita erat veſtis diuerſorũ colorũ cũ imaginib⁹ depictis. Cũ ergo ipẽ ioſeph ſic veſtit⁹ iuiſſet de mãdato pr̃is ad viſitãdum fratres ſuos ⁊ ad requirendũ ſi cũcta apud eos ꝓſpe agerẽtur. venit pmo in ſychẽ quẽ inuenit errãtẽ in agro vir quidã qui ſiſcitata ab eo cauſa cur veniſſet: dixit ei. Receſſerunt fratres tui de loco iſto. Audiui aũt eos dicentes: eamus in dothaym. prexit ergo poſt fratres ſuos ⁊ iuenit eos in dothaym. ¶ Ad ꝓpoſitũ ꝑ Jacob q̃ interp̃tat̃ ſupplantato: ſeu deceptor intelligit̃ de⁹ pat̃: vt dictũ eſt q̃ ſupplãtauit mltipl'r diabolũ. Hui⁹ aũt pr̃iarche ſctiſſimi Jacob multi ſunt filij ꝑ creationẽ vt hoies ⁊ angeli. Alij ꝑ adoptionẽ vt iuſti ⁊ electi: ſ3 vnic⁹ ẽ ꝑ naturã: quẽ pre ceteris ſp dilexit tãq̃ ſibi cõſubſtãtialẽ et coeternũ inſup eo q in ſenectute genuit eũ. i. in fine mũdi miſit eũ icarnãdũ atq ĩſignũ maxie dilectiõis fecit ſibi tunicã polimitã. i. nat̃a3 hũanã diuerſorũ colorũ. i. ornatam oibus virtutib⁹. Miſit autẽ eũ ad fratres ſuos hoies quãdo miſit eũ incarnãdũ: vel qñ miſit eũ ad p̃dicãdũ. Sychen qđ interp̃tat̃ labor ſignificat hũc mũdũ plenũ labore ⁊ erũna. Uenit itaq dei fili⁹ in ſychẽ qñ volũtarie pro nr̃a ſalute aſſumpſit labores ⁊ erũnas vite p̃ſentis. Si quis ergo eũ mox natũ interrogaſſet: quid queris. Reſpondere vtiq potuiſſet: fratres meos q̃ro: ſc3 iudeos: vt eos reducã ad pr̃e3 celeſtẽ: ⁊ ſil'r vt videã ſi cuncta ꝓſpera ſint apud eos. S3 ꝑfecto illi poterat reſponderi id qđ ſeq̃tur. Receſſerũt de loco iſto. i. de loco obſeruãtie mãdatorũ dei ⁊ legis ſm illđ Johã. vij. Nõne Moyſes dedit vobis legẽ ⁊ nemo ex vobis facit legẽ. Jtẽ quando parẽtes tulerũt eũ in tẽplũ quadrageſimo die poſt natiuitatẽ ſua3 et ſymeon accepit eum in vlnas ſuas ſi eum interrogaſſet ipẽ Symeon di. O kariſſime fili qui es ſpecioſus forma pre filijs hoim: quid queris ĩ iſto tẽplo? Certe vtiq reſpondere potuiſſet. Fratres meos: ſc3 tẽpli ſacerdotes ⁊ miniſtros q̃ro. At vero illi reſpõdere potuiſſet ipẽ Symeon. Receſſerũt de loco iſto: q2 nũc in templo regnãt ſacerdotes ⁊ miniſtri auari cupidi ⁊ iniq̃tate pleni. et tales non ſunt fratres tui. Jtẽ quãdo duodecimo anno etatis ſue inuenit ſe in tẽplo ĩ medio doctorũ interrogãtem eos ⁊ diſputantẽ: ſi ipi dixiſſent ei. O kariſſime ⁊ doctiſſime iuuenis quid queris: rñde

re potuiſſet. Fratres meos legis doctores ⁊ ſcribas quero Cui illi reſpondere potuiſſet Receſſerunt de loco iſto veri doctores zelantes legē domini aiarū ſalutē. Itē qñ circuibat p caſtella iudee ⁊ galilee euāgelizās regnū dei: ſi quis eum interrogaſſet. O ſapientiſſime magiſter quid queris inter nos: ille reſpondere potuiſſet. Fratres meos q̄ in me credituri ſunt quero. Illi reſpondere potuiſſent. Receſſerunt de loco iſto. Item quando ibat ad montem Caluarie baiulando crucem ſuam: ſi fuiſſet interrogatus a btiſſima virgine. O mi nate quem video tam crudeliter tractatum: ⁊ tam ſolicitū in ope redēptionis humani gnis. quid queritis. Certe rñdere potuiſſet. Fratres meos aplos quero. Et illa dicere potuiſſet. O amātiſſime fili Nōne ſcitis q̄ cum caperemini ī horto heſterno ſero vos reliquerūt et omnes fugerūt. Nec de fratribus veſtris eſt vllus p̄ſens p̄ter cognatū vr̄m Iohānem q̄ etiā timet dep̄hēdi ⁊ vobiſcū ad mortē tradi. Sꝫ neq3 ppt mortē vos derelinquā fili mi gaudium cordis mei: ſed parata ſum vobiſcum incarcerē et ī mortē ire. Q̄m mihi dulcius eſt vobiſcū mori q̄ q̄ deinceps in amaritudinibus ī moretur oculus meus. Tangē autē inuenit iſte alter Ioſeph fratres ſuos ī dothaym quod interpretatur anguſtia: id eſt in montē Caluarie non quidē omnes ſed quotquot p̄deſtinati erant tūc ad credendum: de quorū numero fuit ipſe Centurio quando dixit vere filius dei erat iſte. Item bonus latro quando dixit ei. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Itē beatus Iohannes cui dicit. Fili ecce mater tua. Item omnes illi q̄ reuertebātur in ciuitatem percutiētes pectora ſua et dicētes: vere filius dei erat iſte. ¶ Moraliter ſi nunc reuerterētur i terris ſanctiſſimi illi eccleſie paſtores Petrus Auguſtinus Gregorius Hieronymus et huiuſmodi. Et q̄libet eorum interrogaretur. O domine quid queritis? Certe reſpondere poſſet tam Petrus q̄ Auguſtinus. Fratres meos ſummos pontifices epiſcopos ⁊ ceťos dei eccleſie prelatos quero. Indica mihi vbi paſcant oues. Sed reſpondere poſſemus. Profecto receſſerūt de loco et mūdo iſto. Sed quos habemus paſtores non paſcunt oues: ſed aues p̄dales: nō paupes: ſꝫ venaticos cāes ⁊ mūgōes: nō clericos pauperes: ſꝫ nobiles et milites in ſuo comitatu degentes: nō habitāt in paſcuis ſꝫ in p̄ncipū curiis. Itē ſi ſcti

illi patres religionū: vtpote Auguſtinus Benedictus Baſilius Dñicꝰ Frāciſcꝰ et hmōi redirent ad monaſteria ſue religionis: et interrogaretur ſigillatim quilibet eorū. O pater qd queris? et diceret. Fratres meos quero. Recte illi poſſet dici. Receſſerunt de loco iſto. Et miror quō poſt tot ānos adhuc eos hic requiris. Ecce adhuc veſtigia in parietibus: in cellis: in refectorio: choro: capitulo ꝛ hmōi ꝙ aliquādo hic fuerūt: ſed iamiam abierūt/ et nos ſucceſſimus in locum eorū. Idem poteſt dici de regibus: principibꝰ: officiarijs: mercatoribꝰ: eccleſiaſticis ꝛ oībus ſtatibꝰ ſm vocationē ſuā. Ecce quot pauci ſūt hodie iuſti ꝛ boni ſuper terrā ¶ Secūdo inuenimus infra iſtum librum incarnatiōis diuinalis vnam ꝓphetiam Aggei. ij. Adhuc inquit dñs vnū modicum eſt: et ego cōmouebo celū et terrā: et mare ꝛ aridam: et mouebo oēs gētes: et veniet deſideratus cūctis gētibus. Sup quo dicit de lyra ꝙ iſte paſſus exponitur de aduentu xp̄i in carnem. De quo loquens deꝰ pater dixit. Adhuc modicū tēpus. ſup. eſt reſpectu preteriti: qꝛ ab Aggeo vſqꝫ ad xp̄m fluxerūt tantum anni circiter quadringēti. Et ego cōmouebo celum. qđ impletum eſt quādo noua ſtella apparuit circa dñi natiuitatem magis in oriēte Math. ij. Et terram et mare. qđ fuit impletum per victoriam romanorum in oñi terra ꝛ in inſulis maris circa etiā ipſum aduētum xp̄i. Et cōmouebo oēs gētes. quod ſimiliter fuit impletum imminēte xp̄i natiuitate: ꝓpter quod exiit edictū a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis: ꝛ tūc fuit xp̄s natus Luce. ij. ideo ſequitur Et veniet deſideratus cūctis gentibus. i. xp̄s: qui fuit a patre miſſus pro ſalute oīm gentium. Dñs cardi. ſic exponit hāc auctoritatem. Adhuc vnum modicū eſt: ſcilꝫ vſqꝫ ad filij dei incarnatiōem. Et ego cōmouebo celum. hoc fuit impletum quādo in paſſiōe xp̄i ſol obſcuratus eſt. Et terram hoc ſimiliter tūc impletū eſt quādo petre sciſſe ſunt ꝛ monumēta aperta ſunt. Et veniet deſideratus. ſupple ille ſalomon rex pacificus: cuius vultum deſiderat vniuerſa terra Sequitur. Cunctis gentibus ꝛ ſimiliter cūctis angelis: ſm illud. i. Petri. i. In quem deſiderant angeli ꝓſpicere. Hec ille. Per hoc aūt ꝙ dicit propheta. Adhuc modicū tēpus confunditur error iudeorum expectātium filij dei incarnationem: ſed excecauit eos malicia ſua vt vidētes ꝓphetias exterius non videāt eas inte=

rius ꝛ audiẽtes voces ꝓphe=tarũ et ſacrorũ euangeliſtarũ non audiãt: ſcꝫ ꝗtũad effectũ et cõuerſionem eorum. Item iſta ꝓphetia põt exponi de ſe cũdo dñi aduentu: ante quem dñs cõmouebit virtutes celo rum. Et tandem veniet deſide ratus cunctis gentibus.i.xp̃s Lu.xxi. Tunc videbũt filium hominis venientem.ꝛc.

¶ Secũdo beatus Ioh. dicit librũ dñice incarnationis ſcri ptum foris: ſcꝫ ꝗtum ad no=uum teſtamẽtum: in quo inue nitur ſcriptum.i.Thi.i. Xp̃s ieſus venit in hunc mundum pctõres ſaluos facere: quorū primus ego ſum. Ubi interl. Xp̃s ieſus venit quaſi paſſibi lis cũ alijs: in hunc mundum miſerum. pctõres ſaluos face re: quoſcũqꝫ etiam paruulos. quorũ primus ego ſum. Sup quo glo.ordi.i.peior: qꝛ per=ſecutor quo peior nõ erat. Ne mo eñi acrior inter perſecuto res: ergo nẽo prior inter pec=catores. Prim⁹ ergo erat nõ ordine temporis: ſed magni=tudine iniqtatis. hec ibi. In quibus verbis datur pctõrib⁹ bus maxima fiducia de diui=na mĩa ſi ad illam redire vo=luerint ꝛ toto corde illam ex=quiſierint. Item Augu. ſuper illo verbo, pctõres ſaluos fa. et recitatur in glo.ordi. dicit ſic. Nulla cauſa veniendi fuit xp̃o niſi ꝙ pctõres ſaluos fa=ceret: tolle morbos: tolle vul nera: et nulla eſt cauſa medici ne. Sed venit de celo magnus medicus: qꝛ per totuꝫ orbem terre iacebat egrotus. hec ibi in forma. Beat⁹ igitur Pau lus i predicta auctoritate tã=git tria. Primo incarnatio=nis humile myſterium: quia xp̃s ieſus venit in hunc mun=dum inopem ꝛ miſerum. Se=cundo incarnationis ſalubrẽ effectum: quia peccatores ſal=uos facere: ſm illud Ioh.iij. Non enim miſit deus filium ſuũ in mũdum vt iudicet mũ dum: ſed vt ſaluetur mundus per ipm. Non eñi (inquit ipſe xp̃s) veni vocare iuſtos: ſꝫ pec catores ad penitẽtiã Mat.ix. Tertio tãgit humilitatis do cumentum: cum dicit, quorũ primus.i.maximus ego ſum. in quo apparet ꝓfunda apo=ſtoli humilitas: qui ſe repu=tauit inter peccatores maxi=mum: non ſolum fuiſſe ſed eſſe Non eñi dicit: quorũ primus ego fui: ſed ego ſum. Ad litte=ram vt dicit dñs Cardi. vſqꝫ hodie ita eſt ꝙ illi ꝗ ſunt pri=mi in ſciẽtia ꝛ dignitate: ſunt etiam plerumqꝫ primi in do=mini perſecutione.

F ¶ Modus aũt quo facta eſt iſta bñdicta incarnatio pa tet per ſimile de luce natura=li deſurſum deſcẽdẽte: de qua dicit deus in principio mũdi Fiat lux: et facta eſt lux. et vi=

dit de⁹ lucem q̄ eſſet bona: et diuiſit lucē a tenebris: appellauitq̄ lucē diem, et tenebras noctem. Sicut enī lux deſurſum eminens eſt impaſſibilis et indefectibilis atq̄ delonge in inſtāt. veniēs: rebus tamen corporalibus mortalib⁹ et defectibilibus ſe coniungit: ⁊ de remotiſſimis ſuis habitaculis hic apud nos ſubito ſe preſentat. Sic in propoſito dei filius ab eterno nobis incognitus de ſui propria natura impaſſibilis immortalis ⁊ indefectibilis: qui q̄tū ad corporalem preſentiam mūdo fuit remotiſſimus ab eterno: rebus tamen corporalibus: ſcilʒ humanis carnibus ⁊ ſanguinibus voluit coniungi in hac ſanctiſſima incarnatione: atq̄ ab ipſis remotis latibulis paradiſi hic nobiſcū corporaliter ſubito p̄ntari. Propterea Joh. xij. dicebat. Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me non ambulat ī tenebris: neq̄ ignorantie q̄tum ad credēda: neq̄ culpe: neq̄ tandem glorie: ſed habebit lumen vite: gratie ſuple ⁊ glorie. Jſtā ergo lucem fecit deus pater apparere ſuper terram quādo filium ſuū miſit in mundum. Diuiſit autem hanc lucē a tenebris quādo ſecernit filium ſuum a ceteris peccatoribus: et q̄tum ad concipiendi ⁊ naſcendi modū et q̄tum ad viuendi formam et q̄tum ad perſone ineſtimabilem dignitatem. Sed ſtupēdum nimis eſt de hoim fatuitate. Uenit (inquit) xp̄s lux in mundum: et dilexerūt magis homines tenebras ſcilʒ peccati q̄ lucem gratie. Johan. iij. Oīs enim qui male agit odit lucem. i. xp̄m vel grām eius.

Quātum ad tertiū principale in quo agēdum eſt de libro ſanctificationis ſacramentalis aduertēdū eſt q̄ ſub p̄rio ſigillo inuenio aliud ſecretum: videlicet q̄ oībus ſm formam ⁊ ritū eccleſie baptizatis: ſacramentum baptiſmi aperit ianuam regni celeſtis. Jſtud ſecretum ponit doctor ſctūs. iij. par. q. lxix. arti. vij. Quod quidem ſecretum aperitur duplici claue.

G ¶ Primo aperitur claue figuralis declarationis. Legitur enī. iiij. Reg. ij. q̄ cū Helyas ꝓpheta dn̄i vellet celum aſcēdere: et ſequeretur eū helyſeus ſeruus ſuus: factū eſt q̄ ipſis appropinquantibus Jordanis fluuium: helyas tulit pallium ſuum: et illud inuoluens percuſſit aquas iordanis fluminis, que mox ſunt diuiſe in vtrāq̄ partem: et ſic ambo tranſierunt per ſiccum Et non multo poſt Helyas in curru igneo eleuat⁹ eſt ī celū nec vltra vidit eum helyſeus. Ad ꝓpoſitum helyas qui interpretatur deum meū vidēs

recte ſignificat quemlibet baptizatum: qui iam incipit videre deũ per fidem et in enigmate: qui transiẽs per fluuiũ baptiſmi quãdoq3 ſtatim moritur: et ſic vltra non videtur inter mortales: ſed in curru igneo per quẽ ſignificat charitas: cui⁹ quattuor rote ſunt fortitudo: temperantia: prudentia: et iuſticia aſcendit in celum. Et tunc poteſt de eo dicere pater carnalis aut quicũq3 alius illud pſal. Tranſiui et ecce non erat: ſcz neq3 inter mortales: neq3 inter dãnatos: neq3 in lymbo: neq3 in purgatorio: queſiui eum in omnibus illis locis et non eſt inuentus locus eius. Nec quidem immerito: quia in pace fact⁹ eſt locus eius: et habitatio ei⁹ in ſyon: id eſt in celo: vbi ſpeculatur celeſtia et eterna bona. Et ad maiorem huius confirmationem legitur Luce.iij. q̃ ieſu baptizato et orãte apertum eſt celũ. Super quo dicit Beda q̃ in hoc oſtenditur virtus baptiſmi: de quo quiſquis cũ egreditur ei regni celeſtis ianua aperitur. O q̃ta et q̃ ineſtiabilis dei liberalitas et magnificẽtia qui tam ſuaues delitias etiam in perpetuũ non deſituras gratis confert et donat ſe baptizatis. O q̃ laudabile eſt venerabile ſacramẽtum ſine quo null⁹ ingredit celũ: et cũ quo quiſq3 ſaluari põt.

¶ Secundo iſtud ſecretũ aperitur claue auctoritatiue probationis. Scribitur enim de ipſis puulis baptizatis Apocalip.xiiij. Hi ſunt qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati: id eſt cũ iniquitatibus et vitijs actualibus que per mulieres ſignificantur non ſunt infecti. Et poſt pauca ſine macula. ſupple originalis peccati ſunt ante thronũ dei. Interl. id eſt ante deum iudicem contemplantes maieſtatem eius Patet ergo q̃ paruul⁹ baptizatus decedens ante actuale peccatum recte intrat celum.

D ¶ Ex quo elidit triplex fatuitas hominum.

¶ Prima eſt illorum qui dicunt tales paruulos primum tranſire per purgatoriũ propter dolores quos dederunt matrib⁹ tam ĩ vtero q̃ in ptu. Sed hoc ridiculoſuz eſt: tum q2 tales dolores nõ debẽt eis imputari maxime cũ non habeãt tũc vſum rõnis: ſed poti⁹ deberẽt imputari ãtecedẽter prime mulieri: cui ĩ penã pctĩ ſui dictũ ẽ. In dolore paries filios tuos Geñ.iij. tũ q2 pena purgatorij cũ ſit ſenſitiua nõ infligit niſi p actuali pctõ: tũ quia hoc eſt ꝯtra illud xp̃i verbuz Math.xix. Sinite paruulos: ſcilz baptizatos venire ad me: talium eſt enĩ regnũ dei.

¶ Secunda fatuitas eſt illorum parentum qui inconſola

biliter lamētātur deceſſum ta
liū puulorū etiā baptizatorū
cū tñ merito deberent gaude
re ſi rōnē vis doloris admit=
teret: potiſſime: qꝛ trāſeūt de
hoc ſeculo nequā a quo etiam
iuſti petūt liberari ad terram
viuētiū ꝛ ſocietate hoim mor
taliū ad ſocietatē dei ꝛ ange=
lorū: a loco miſerie ꝛ tenebra=
rū ad locū lucis ꝛ deliciaru.
Vñ legimus. ij. Reg. xij. ꝙ da
uid audita morte filij ſui quē
genuerat ex Berſabee depo=
ſuit a ſe oēm luctū ſeditqꝫ ad
mēſaꝫ vt comederet ꝛ biberet
cūqꝫ interrogaret cur potius
fleuiſſet ꝛ ieiunaſſet ante obi=
tum puuli diebus ſeptē: ꝛ nō
poſt. Rñdit Hoc iquit feci: vt
donaret eū mihi dñs ꝛ viue=
ret infans. Nunc aūt qꝛ mor
tuus eſt quare ieiunabo? nun
quid eū potero reuocare am
plius. Cōſolatuſqꝫ eſt Berſa=
bee vxorē ſuā: eo ꝙ mrēs plus
ſolēt dolere de morte puulo=
rū ꝙ̄ patres. Vñ papa Ana=
ſtaſius ꝛ recitat. xiij. q. vlti. ꝙ̄
preposterū. ꝛ ca. habent. dicit
ꝙ illi forſan iuſtā longi dolo
ris excuſationē habēt: q̄ vitaꝫ
alterā neſciūt: q̄ de hoc ſeculo
ad melius eſſe trāſitū nō con=
fidunt. Nos aūt q̄ hoc credi=
mus ꝛ docemus: triſtari ni=
miū de obeūtibus nō debem⁹
dicēte apl'o. j. The. iiij. Nolu
mus vos ignorare de dormiē
tibus vt nō cōtriſtemini ſicut
ceteri qui ſpem nō habent.
¶ Tertia. fatuitas parentuꝫ
eſt ꝙ magis defleāt corpalē ta
liū puulorū morteꝫ ꝙ̄ aliorū
filiorū ſuorū iam adultorum
et filiarū ſpūalē ꝛ eternā mor
tem: quinimmo qñqꝫ gaudēt
et letantur ſi eos peccare vi=
dent et eos ſupportant in ma
licia ſua: vt pater filiū luſoreꝫ
brigoſum, luxurioſum, blaſ=
phemū ꝛ huiuſmodi. Itē ma
ter filiā ſaltatricē vanā ꝛ pom
poſam. Vnde Aug. loquens
de taliū parētū fatuitate di=
cit ſic. Sunt ne in te o xpiane
viſcera pietatis q̄ plāgis cor=
pus ſupple puuli a quo receſ
ſit aīa ꝛ nō plangis aīam ſcꝫ
adulti a qua receſſit deus per
culpā? Tales igit adulti vi=
cijs iam infecti quādo moriū
tur plangendi ſunt ꝑpter ma
ximū piculū eterne dānatōis
Et ꝑ oppoſitū gaudēdum eſt
de obitu ipſorū puulorum ba
ptiſatorū de q̄bus ſumus in=
fallibiliter certi ꝙ euolāt ad
celos ꝛ ꝙ nullo pacto poteſt
eos cōtingere tormentū dam
nationis eterne. Quis eñi pa
ter niſi multū inſan⁹ egreſce=
ret ſi rex vel impator vocaret
ad curiā ſuā filiū eius vt con=
ſtitueret eū ſcutiferū ſuū: aut
māgonē honoris. Itē q̄ ma=
ter paupcula indignari habe
ret ſi regina ad ſe vocaret vni
cam filiā ſuā: vt cōſtitueret eā
primā poſt ſe in palacio ſuo

dormietq3 in ſinu illi⁹ A for-
tiori in ꝓpoſito non eſt dolē
dum ſaltē nimiu3 exceſſiue de
obitu hmōi paruulorum.

Sermo quartus.

Vidi librū ſcriptu3
int⁹ et foris ſigna-
tū ſigillis ſeptem.
apocā.v. Vidi inqt
beatiſſim⁹ ille euangeliſta io-
hannes librum vid3.
Generationis humanalis.
Incarnationis diuinalis.
Sanctificatiōis ſacramētalis
¶ De primo libro ſcribit ma
thei.i.liber gnātionis iheſu.
In quo qdē libro legit.c.iiij.
ꝙ Jacob genuit Judā et fra-
tres ei⁹. Judas aūt interptā-
tur tripliciter videlicet conſi
tens: glorioſus: dans iubilu3
A ¶ Iſta aūt tripl' īterptatio
recte cōuenire poteſt trib⁹ ge
neribus perſonarū: videlicet
Jheſu chriſto.
Viro iuſto.
Virgini marie.
B ¶ Prio igitur pōt con-
uenire xpo: qui poteſt vocari
iudas .i. confitens. Pro quo
notandum ꝙ triplex eſt con-
feſſio. Prima eſt fidei de qua
Ro.x. Corde creditur ad iuſti
ciam: ore autem confeſſio fit
a d ſalute3. Scda eſt confeſſio
peccatorum: de qua Jaco.v.
Confitemini alterutrum pec
cata veſtra. Tertia eſt confeſ-
ſio diuine laudis et gratiarū
actionis. de qua in pſal. Con
fitemini domino quonia3 bo
nus quoniam in ſeculum mi-
ſericordia eius. Et iſta confeſ
ſio permaxime conuenit xpo
homini: qui confitetur et lau-
dat nomen patris. ſecundum
illud Mathei.xi. Confiteor ti
bi pater domine celi et terre:
quia abſcondiſti hec a ſapien-
tibus et prudentibus. et reli.
Secundo poteſt vocari iudas
.i. glorioſus. Nā ipſe fuit glo
rioſus in ſua incarnatione qꝛ
ſingulari modo conceptus ē:
et natus. Item fuit glorioſus
in ſua predicatione. Nā vt di
cebant iudei nūqꝫ ſic homo lo
cutus eſt. Jo.vii. Itē fuit glo
rioſus in miraculorū opera-
tione. Jo.iii. Nemo pōt hec
ſigna facere: que tu facis niſi
fuerit deus cum eo. Item fuit
glorioſus in ſua transfigura-
tione: qn̄ facies eius reſplen-
duit ſicut ſol: et veſtimēta ei⁹
facta ſunt alba ſicut nix. Ite3
quando venit vox de celo di.
Hic eſt filius me⁹ dilectus ꝛc.
mathei.xvii. Ite3 fuit glorio
ſus in ſua reſurrectione ſimi-
liter et aſcentione. Item glo-
rioſus apparebit in die iudi-
cij: quia vt dr Luce.xxi. tūc vi
debunt cuncti oculi filium ho
minis venientem in nubibus
celi cum poteſtate magna et
maieſtate: propterea dicitur
Deutero. viceſſimo octauo ꝙ
nomen domini glorioſu3 eſt
et terribile. Tertio ipſe chri-

ſtus põt vocari iudas.i.dans iubilum.Jpſe em̄ dedit iubilũ dulcedinis in ſua predicatione quando dicit.Math.xi Venite ad me om̄es qui laboratis ſupple ĩ penitẽtia ⁊ onerati eſtis et ego reficiam vos gratia ſcilicet in p̄ſenti: ⁊ gloria in futuro.Jtem ipſe dedit iubiluȝ pietatis in ſua paſſione quãdo dixit Hely Hely lamaȝa.hoc eſt deus meus ⁊c. Jtem quãdo di. Sitio. Jtem quãdo di.Pater ignoſce eis. Jtẽ quãdo di.Mulier ecce filius tuus.Jtem ipſe dedit iubilũ exultationis in ſua aſcenſione pſal. Aſcendit de⁹ in iubilatione et dñs in voce tube. Jp̄e em̄ iubilabat pre gaudio quia reuertebatur in terram ſuam. Angeli ſibi obuiantes iubilabant de aduentu regis glorie:ſancti p̄res eũ ſequentes iubilabãt tanto honori cõgratulantes.

¶ Scḋo p̄dicta triplex interpretatio cõuenit iuſto homini. Primo em̄ iuſtus cõfitetur nomẽ domini ip̄m laudãdo ⁊ glorificãdo ſup oĩbus beneficiis q̄ illi cõtulit de⁹ di. cũ pſalmi. Cõfitebor dño nimis.i.valde ĩ ore meo ⁊ ĩ medio multorum ſupple beneficiorũ: que ab eo recepi laudabo eũ:et inter cetera beneficia michi collata : ipſe aſtitit a dextris paupis ſcilicet chriſti hominis: vt ipſe idem chriſt⁹ ſaluam faceret a pſequentib⁹.i.a demonibus/animã meaȝ Vel ſic.q̄ aſtitit a dextris pauperis.i.meliꝰius qui ſuȝ pauper ſcḋm illud pſalmiſt. Ego aũt mendicus ſum et paup et dñs ſollicitus eſt mei. Et hoc eſt qḋ ſubditur.vt ſaluaȝ faceret a perſequẽtibus ſupple viciis vel demonibus animam meam. Scḋo vir iuſtus dicit glorioſus.i.totus dign⁹ gloria et laude propter preclara opera ⁊ virtutũ inſignia:que ſũt in ipſo.Machs.iiii. Memẽtote inquit iudas quomodo ſalui facti ſunt patres noſtri. applica ad quemlibet ſtatuȝ. Propterea dicitur eccli. .xliiii. Laudemus viros glorioſos ⁊ parentes noſtros in generatione ſua. Eſt ergo vir iuſtus glorioſus tum a cauſa: quia multa geſſit laude ⁊ gloria digna:tuȝ ab effectu : quia a multis laudatur ⁊ glorificatur:quia vt di. Sapie.iii. Bonorum laboruȝ glorioſus eſt fructus.Tertio talis vir iuſtus dicitur iudas .i. dans iubilum et laudem deo ſecundũ conſilium ſpiritus ſancti per os dauiticum dicentis. Jubilate deo om̄is terra.id eſt omnes homines iuſti qui de terra eſtis ex parte corpis . Nec debet ſufficere iuſto vt laudet dominum iubilando illi: ſed et alios debet ad ſimile inducere et inuitare dicendo cũ

pſalmiſta. Venite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro. Quod ſi queras. In quo iubilabimus ei? Audi quid ſequitur: ꝛ in pſalmis iubilemus ei: vtpote legendo ſeptem pſalmos penitentiales vnum nocturnum pſalte. plus vel minus: quia vt dicit idem pſalmiſta. Beatus populus qui ſcit iubilationem.

¶ Tertio predicta triplex interpꝛetatio huius nominis iudas. merito cõgruit beate virgini. Pꝛimo quidē ipſa fuit confites: hoc eſt deū laudans et magnificans gratias illi agens pꝛo beneficijs maximis que illi contulit: vt ſcilicet eſſet dei mater: virgo poſt partum ab initio et ante ſecula electa et pꝛoꝛdinata tanꝙ digniſſima mulierū et huiuſmodi. Propterea ipſa confitetur domino in ſuo cantico Luce.i.d. Magnificat anima mea dñm. Cuius cauſaꝫ aſſignat ſubinferens. Quia fecit mihi magna qui potēs eſt ꝛc. Scdo fuit gloꝛioſa: et hoc in triplici ſtatu. Pꝛimo quidēꝫ in ſua ſanctificatione ſeu conceptiõe: quia tunc fuit ab oꝛiginali pꝛeſeruata: gratia referta: et in bono confirmata. Itē fuit gloꝛioſioꝛ in filii dei conceptione: tunc enī fuit fomes pꝛius ligatus ab ea oĩno ablatus. Item fuit copioſiori gratia dotata. Itē fuit tūc vera mater dei effecta. Propterea dicit ei eliſabeth poſtꝙ concepto dei filio perrexit ad eam ad mõtana iudee. Unde michi vt veniat mater domini mei ad me. Luce.j. Iteꝫ fuit gloꝛioſiſſima in ſua aſſūptione: quando ſuper oꝛdines angeloꝛuꝫ eſt exaltata. Et de hoc canit eccleſia. O gloꝛioſa domina excelſa ſuper ſydera. Poſſumus ergo concludere de ea illud pſalmiſte. Gloꝛioſa dicta ſunt de te ciuitas dei tum ab angelo: tum a pꝛophetis in ſuis oꝛaculis: tum a patriarchis in enigmatibus ꝛ figuris. Sed exaltate eā quantum poteſtis: quia maioꝛ eſt omni laude vt habetur Eccli. xliii. Tertio fuit dans iubilū quãdo reſpondit gabrieli di. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſecundum verbum tuum. Luce .i. Hic enī iubilus tãtus fuit: ꝛ et tam ſublimis: ꝙ letificauit ãgelos: patres in limbo ꝛ viatoꝛes expectãtes redēptioneꝫ iſrael. O ꝙtum igitur obligatur virgini gloꝛioſe vniuerſitas angeloꝛū et hominum.

Secūdus liber 'ẽ incarnatiõis diuinalis: q̄ quidē liber ſcriptus eſt intꝰ et foris. Intus quidē ꝙtū ad vetꝰ teſtamētū. Infra ğ hūc libꝛuꝫ inuenimꝰ de hac ſctiſſima incarnatiõe duo videlicet vnaꝫ figuram et vnaꝫ pꝛophetiam.

E ¶ Prīo q̄dē vnā figuraꝫ q̄ h̄ꝛ.iiij. Reg.iiii.vbi legim⁹ ꝙ mulier ſunamitis h̄ñs vnicū filiū cōtigit eū mori quem in lecto reclinās mox cucurrit ad ſeruū dei helyſeū ī montē carmeli: quā vidēs helyſe⁹ a longe venientē mirabiliter turbatā dicit ad giezi. Ecce ſunamitē illā vade et ſcias q̄d q̄rat. Ad quā veniens giezi noluit ei indicare cām doloris ſui. Uenit ergo ad pedes viri dei nūciās ei mortem filij ſui. Q̄d audiēs helyſe⁹ tradidit baculū ſuū giezi vt iret ad domū mulieris illius et ſuſcitaret filiū ei⁹. Qui cū veniſſet et baculū ſup corpus poſuiſſꝫ nō eſt ꝓptērea motū corpus puuli. Tādē helyſe⁹ vict⁹ p̄cibus mulieris illius ⁊ videns ſeruū ſuū nihil egiſſe venit ad locuꝫ in quo iacebat cadauer mortuū: extēdit aūt ſe ſup ipꝫ corp⁹ orās ad dn̄m et dicens. Reuertatur obſecro dn̄e aīa pueri hui⁹ in corp⁹ ſuū q̄d et factū eſt ⁊ tūc cepit gaudē mater et dicere. Nunc vere cognoui quoniam propheta dei es tu. ¶ Ad propoſitum Helyſe⁹ qui interpretatur aduocatus recte ſignificat chriſtuꝫ qui eſt aduocatus noſter apd̄ deum patreꝫ ſecundum illud .i.Jo.ij. Aduocatū habemus apud patrem ieſum chriſtum Puer autem mortuus eſt humanum genus: quod ſerpens ille infernalis ſuo veneno occidit: quando primos parentes ſeduxit: vnde. Ro.v. Om̄es in adā peccauerūt: et paulo poſt ſequitur. Per vni⁹ hominis delictū mors intrauit in mūdum. Mulier aūt ſunamitis clamans ad helyſeū pro filio ſuo mortuo: ſignificat voces prophetarū que tante fuerūt vt aſcenderēt vſq̄ ad montem id eſt vſq̄ ad celū: dicebāt aūt Ueni ad liberandum nos dn̄e deus virtutū. Alij autē dicebāt. Utinaꝫ dirūperes celos: et deſcenderes. Eſ.l.xiii. Jteꝫ dauid dicebat. Jnclina celos tuos et deſcende. Hec igitur et his ſimilia audiēs de⁹ miſit ſeruū ſuū moyſē cū baculo ſuo ſeu cū virga: ſed ſeru⁹ iſte nequiuit ſuſcitare mortuū. videlicet genus humanū: quia vt dicit̄ hebre.vii. Lex neminē ad ꝑfectum adducit quod videntes ſancti dei ꝓphete non ceſſauerūt clamare ad dn̄ꝫ vt deſcenderet in hūc mundum. Poſt auditas igitur tot preces dei filius deſcēdit in hanc vallem miſerie ⁊ ingreſſus eſt primum domum vteri virginalis et poſuit os ſuuꝫ ſuper os puerile generis humani. Et manus ſuas ſuper manus illius per nature conformitatem. Precipue autem hoc impletum eſt quando ipē verus helyſeus extēdit manus: brachia: pedes: et totum corpus

in cruce vt ſuſcitaret a morte peccati ſcʒ genus humanum et tunc reuixit ⁊ reſtitutus eſt matri ſue eccleſie: videlicʒ militanti ⁊ ex cõſequẽti triũphãti. Et ſic patet de figura hui⁹ incarnationis.

¶ Secũdo infra hũc librum veteris teſtamẽti inuenimus vnam ꝓphetiam de hac benedicta incarnatione: que habetur Eſa.xiiij. vbi dicit Eſaias Prope eſt vt veniat tempus eius: et dies ei⁹ non elongabũtur: miſerebitur ei dñs iacob et eliget adhuc de iſrael: et requieſcere eos faciet ſuper humum ſuã. Vbi glo. ordi. Prope eſt vt veniat tẽpus ei⁹: ſcilicet incarnationis filij dei. et dies ei⁹ non elongabũtur: qꝛ a tẽpore Eſaie vſqʒ ad xp̃m nõ fluxerũt niſi anni circiter quĩgenti vel paulo plus. et tunc miſertus eſt dñs Jacob .i. noui ppl'i. et elegit de iſrael apoſtolos ⁊ alios quos requieſcere fecit ſuper humũ ſuã .i. eccleſiam. Dñs Cardi. exponit hãc auctoritatem in hũc modum. Prope eſt vt veniat tẽpus ei⁹: ſcʒ tẽpus incarnationis: tẽpus miſerẽdi: tẽp⁹ plenitudinis: tẽpus gratie: tempus acceptabile, tunc em̃ miſerebitur dñs iacob .i. populi noui vitia ſupplantãtis ⁊ cõtra peccata ⁊ diabolum luctãtis. ⁊ eliget adhuc de iſrael .i. apoſtolos deum vidẽtes per fidem ⁊ ſequaces eorum. et requieſcere eos faciet ſuper humũ ſuã: ſcʒ eccleſiam militantem ĩ p̃nti: et ſup eccleſiã triũphãtem in futuro. Aliter ipe exponit hãc ꝓphetiam de iudicio ſic. Prope eſt vt veniat tẽpus eius: ſupple ad iudiciũ et dies eius non elongabuntur: qꝛ vt habet Deuterono. xxxij. Juxta eſt dies perditionis ⁊ adeſſe feſtinãt tempora. Unde narrat idem dñs Card. in poſtilla ſua ꝙ cũ quidam homo interrogaſſet demonẽ in obſeſſo quãdo ſcʒ cecidiſſet de celo. Reſpondit. Heri. Ad quem ille. Mentiris. Cui demon. Si ſcires eternitatem: totum tẽpus quod eſt a conſtitutione mundi, reputares quaſi vnam horam: ſm illud pſal. Mille anni ante oculos tuos tanq̃ dies heſterna que preterijt.

¶ Secũdo iſte liber ſcriptus eſt foris q̃tum ad nouum teſtamẽtum: in quo inuenimus ſcriptum Johã.i. In propria venit ⁊ ſui eum non receperũt Hũc aũt paſſum exponẽs dñs Card. de xp̃o conformiter ad glo. interl'. dicit ſic. In ꝓpria venit .i. in hunc mundum qui ſuus eſt: quia ipm fecit talem qualem videtis. Vel in ꝓpria venit .i. inter iudeos qui erãt ſui proprij tanq̃ populus peculiaris ipſius. Vel in ꝓpria venit ſupple perſona: vel na-

tura diuina qđ fuit magnum quia nõ ſuffecit ſibi deſtinaſſe patriarchas ꝛ prophetas:niſi etiam ipſe in ppria perſona veniret. Vel in propria venit. ſcʒ humana natura quam cõdidit et ſibi vniuit vt oẽs ſaluaret. Sed audite iudeorum ingratitudinem poſtꝙ audiſtis filij dei miam ꝛ benignitatem. Et ſui inquit Johãnes.i. iudei: ex quorum ſemine deſcendit/eum non receperunt. Vel ſui.i.eius cognati et germani/eum non receperunt.et hoc ꝙtũ ad aliquos:qꝛ vt dicitur Joh.vij. Nec em̃ credebant in eum fratres eiꝰ.i.aliqui germani eius:immo aduerſabãtur ei: et aliquãdo volebãt eũ prodere iudeis. Sui ergo eũ ſupple conditorem et plaſmatorem ſuũ non receperunt per fidem et obedĩẽtiam pro quibꝰ tum principaliter venerat: ſcđʒ illud Math.xv. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierant domus iſrael. Chryſoſt. Venit non vt indigẽs ſed vt beneficus:et tamen ſui eũ non receperũt/ſed grauiter offenderunt/et tandem interfecerũt. Et hoc eſt de quo conqueritur ipſe pijſſimus leſus Johã.v.Ego(inquit)veni in noie patris mei:et non accepiſtis me.ſi alius venerit in noie ſuo(ſcʒ antixp̃s) illũ accipietis. Item Eſaie.i. Bos cognouit poſſeſſorem ſuũ et aſinus preſepe domini ſui:iſrael autem me non cognouit.

¶ Moraliter notãduʒ ꝙ oĩa ſunt dei tanꝙ auctoris:cõſeruatoris:et gubernatoris: ſed propria eius ſunt res clericorum:ꝛ maxime religioſorum qui pprie ſunt ſui: ſcđm illud Deutero.vij. Populus ſanctus es dño.i.ſanctificatus:te elegit dñs deus tuus vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſup terram. Sed profecto inter ceteros iſti xp̃m minus recipiunt tam in ſe ꝙ in ſuis mẽbris:de quibus quidem membris loquitur Math.x. Qui vos recipit me recipit.ꝛ Lu.x. Qui vos ſpernit me ſpnit. Et hoc videmꝰ ad oculum. Nam vbi olim in domibꝰ prelatorum et religioſorum recipiebãtur pauperes xp̃i:nunc hoſpitantur canes:aues: mãgones:equi ꝛ muli:quorum nõ eſt numerus. Ecce quomodo ſancta hoſpitalitas prophanata eſt et proſtituta. Propterea merito conqueritur pijſſimꝰ dominus Eſaie.i.dicẽdo. Filios:id eſt eccleſiaſticos ꝛ religioſos reddituatos:enutriui prouidẽdo eos de neceſſarijs vite:tam pro ſe ꝙ pro ſuſtentatione pauperum mendicãtiũ.et exaltaui in dignitatibꝰ officijs et bñficijs: ipſi aũt ſic enutriti ꝛ exaltati ſpreuerunt me:ſcilicet in membris meis.

¶ Aliter ſic exponitur dicta auctoritas In propria venit ſcilicet dei filius in ſacramento altaris. et ſui: id eſt ſacerdotes qui ſunt ſpecialiter de ſorte domini: vel etiam quicūq̧ chriſtiani. eum non receperūt ſcilicet cum debita reuerentia et conſcientia mūda in hoc ſacramento. Cum tamen dicat Paulus. prime Corinthiorum vndecimo. Quicūq̧ māducat ⁊ bibit indigne iudiciū ſibi manducat et bibit.

f ¶ Modus autem iſtius incarnationis patet per ſimile de elephante. Cōtingit eñ quādoq̧ Elephantem cadere in foueam: cū ſcꝫ venatur a canibus: et qꝛ pauciſſimas iuncturas in membris ſuis habet vix poteſt ſurgere: venit ergo vnus venator qui fortiter ipſꝫ lancea pungit ſed nichil proficit Uenit poſtmodum alius venator qui fingēs ſe adiuuare ipſum elephantem percutit primum venatorem ⁊ eum fugat: ⁊ elephantem de fouea liberat et educit ad votū: eiq̧ pabulum miniſtrat. Quod videns elephas ipſum liberantem tāto amore proſequitur ꝙ mox eum ſequitur: ⁊ ſic domeſticus efficit̃: atq̧ per ipm̄ ſecure poſtea regitur.

Ad propoſitum noſtrum iſte elephas eſt homo: qui a prima ſui cōditione cecidit in foueam horribilē peccati: poſtea caſurus in foueam horribiliorem inferni: quam ſibi ſubtilis ille venator diabolus occulte preparauit. De qua fouea ait Pſalmiſta. Foderunt ante faciem meam foueā: ⁊ inciderūt in eam: ſupple Adam et Eua. In hac autem fouea peccati diabolus hoīem lanceis diuerſarum tētationum et tribulationum pungebat. Quod videns ſecundus ille venator chriſtus ī ſuo glorioſiſſimo aduentu primum venatorem ſcilicet diabolum fugauit. Et hoc fuit quādo contra ipſum in cruce pugnauit: atq̧ per hunc modum ipſum elephantem: id eſt genus humanum de fouea peccati ⁊ de periculo eterne dānatiōis eripuit: eiq̧ preparauit pabuluꝫ ad ſui ſuſtentationem: videlicet ſacramentum altaris. Et ideo tanti beneficij debemus eſſe iugiter memores: atq̧ tantum liberatorem ſumme diligere eum: ſequētes in via qua ambulauit: in omnibuſq̧ obedire. Diligamus ergo eum quoniā ipſe prior dilexit nos vt habetur. i. Johan. iiij.

TErtius liber dicitur ſanctificationis ſacramentalis: et hic liber ſignatus eſt ſigillis ſeptem. Unde ſub primo ſigillo inuenitur quoddā magnum ſecretum: videlicet ꝙ hoc ſacramentum baptiſmi: per quod renaſcitur quis

ſpūaliter nō eſt dādū niſi natis corporaliter. Iſtō ſecretū ponit vo.ſā.iij.par.q.lxviij. ar.xi. Quod quidem ſecretū aperitur duplici claue.

G ¶ Primo igitur aperit claue figuralis declarationis Legimus enim Judich.xij.ꝙ ipſa ſanctiſſima Judich deſcē debat quādoqꝫ in vallem bethulie: baptizabat.i.lauabat ſe in fontē aque viue. Ad propoſitum per Judich que interpretatur glorificās ſignificatur paruulus qui ideo baptizatur ꝛ lauatur ī fonte baptiſmi: vt glorificet deum cū ceteris xp̄ianis in preſenti: et tandem cum angelis in celis. Per fontē ergo aque ſignificatur baptiſmus: in quo quidem fonte anteꝗ̄ talis paruulus poſſit baptizari ſeu lauari: neceſſe eſt ꝙ prius deſcendat in vallem bethulie: quod fit quādo exiens de materno vtero deſcendit in hanc vallē miſerie: q꞉ ꝗ̄diu latet in matris vtero: non eſt capax baptiſmi. Dicit tñ doct.ſan.vbi ſupra ꝙ vbi timetur de periculo paruuli: et apparet caput: tunc debet baptizari: vtpote ab obſtetrice vel alia perſona idonea tñ cū forma eccleſie: et tūc proderit baptiſmus tali paruulo. Si aūt prio appareat manꝰ pes vel brachiū que non ſunt partes prīcipales humani corporis: adhuc imminēte periculo debet baptizari ſm̄ beatum Tho. vbi ſupra in ſolutione ad quartū Si tñ euaſerit mortem: tunc poſtea debet baptizari ſub cōditione: vt dicēdo. Si non es baptizatus ego te baptizo in noīe patris et filij.ꝛc. Nam natiuitas ex vtero eſt tam neceſſaria ad baptiſmū ꝙ ſi aliqua iudea vel pagana periclitans peteret baptiſmū et de facto baptizaretur: adhuc habens paruulum in vtero ꝛ ſic decederet non propterea eſſet baptizatus eiꝰ paruulꝰ: neqꝫ per conſequēs ſaluaretur: ſed ſola mater. Ita dicit̄ expreſſe de cōſe.di.iiij.ſi ad matris ꝛc. Si qua mulier. Ubi aūt occideretur in odium xp̄i: tunc et ipſa ꝛ paruulus eius ſaluarētur. Sed forte dices ꝙ ſi paruulus non poſſit baptizari in vtero matris ergo xp̄s nō cōtulit homini ſufficiētia remedia ad ſalutem pro omni ſtatu ꝛ tempore: quod eſt incōueniēs dicere. igitur poteſt paruulus baptizari in vtero matris. Reſpōdetur ad hoc communiter ꝙ ipſe paruulus non eſt capax remedij: ꝛ ideo ꝙ decedēs ſine baptiſmo in vtero matris non ſaluetur: hoc nō eſt ex defectu ipſius baptiſmi neqꝫ xp̄i qui ꝓuidit homini de remedio quādocūqꝫ ꝛ quotienſcūqꝫ eſt capax illius.

¶ Secūdo iſtud ſecretū ape-

ritur claue auctoritatiue pba
tionis. Scribitur enim de cōſe.
di.iiij. qui in matnis. Et ſunt
verba Iſid. dicētis ꝙ illi qui
in maternis vteris ſunt: ideo
baptizari non poſſunt: q2 qui
natus adhuc ex Adam nō eſt
ſm xp̄m regenerari non pōt.
Item Aug. in epl'a ad Darda
num dicit ꝙ ſicut non poteſt
mori niſi qui vixerit: ita non
pōt renaſci niſi q̄ nat⁹ fuerit.
¶ Hic ergo notāde ſunt tres
veritates. Prima eſt ꝙ ſimi-
le iudiciū eſt de puulis xp̄ia-
norum qui decedunt ante ba
ptiſmū: ſicut de paruulis iu-
deorum olim erat qui decede
bant in vteris matrum. Sunt
ergo ſimiles quo ad culpam
et quo ad penam. Et ſilr filij
modernorū iudeorū pagano
rum ꝛ infideliū: q2 nūc circū-
ciſio nullū remediū preſtat.
¶ Secunda veritas eſt ꝙ ille
mulieres que impediunt for
mationem paruuli grauiter
peccant. Sed ille grauiſſime
que abortiuū pcurāt. Quid
dicēdū eſſet de illo q̄ malitio
ſe excuteret flores de arbore
ſua ne pficiāt: vel ſi fruct⁹ iam
eſſet formatus ne tn̄ natureſce
ret ipm̄ excuteret. Nōne talis
malitioſe ageret tanq̄ impu-
gnans opus dei ꝛ bonitatem
eius in creaturis relucētem?
Sic i pposito illa mulier gra
uiter peccat q̄ ſemen quod eſt
quaſi flos vn̄ formari debet
corpus paruuli excutit āteq̄
aietur: ſed grauius cū excutit
fructū iam aiatū et formatū.
Audiāt igit tales miſerrime
mulieres id qđ ſcribitur. ij. q.
iiij. cōſuluiſti. Abortus pcura
tio equiualet homicidio. Et
hoc intelligit ſm glo. qn̄ fet⁹
eſt format⁹: prout expreſſius
habetur. xxxij. q. ij. Qđ vero.
Propterea in veteri teſtamē
to iubebātur occidi illi q̄ pre-
ſtabāt occaſiōem abortus. Di
citur enim Exo. xxi. Si qs per-
cuſſerit mulierē in vtero habē
tem ꝛ abortiuū fecerit: ſi for-
matū fuerit det aiam pro aia
.i. moriatur vt exponit gloſa
Si aūt informatū fuerit per-
cuſſor mulctetur pecunia. Ad
idem eſt qđ ſcribit extra de ho
micidio. Si aliqs. Ubi dr ꝙ ſi
aliqs cauſa explēde libidinis
vel odij meditatione mulieri
aliqd fecerit: aut ad potādum
aliqd dederit vt non poſſit cō
cipere: vel etiā ſoboles naſci:
tāq̄ homicida debet reputari
ſcilicet q̄tum ad penam lega
lem: vt exponit gloſa.
¶ Tertia veritas eſt ꝙ ille ma
tres grauiſſime peccāt q̄ pro-
lem iā natā mutilāt extingūt
et occidūt varijs modis inex
plicabilibus: etiā anteq̄ ſuſce
perit ſacrū baptiſma: ſicut ſo
lēt facere mulieres ille q̄ timē
tes ſcādalū mūdi [illegible] q̄ dam
nationē eternā vidētes ſe pe-
riſſe: in occulto ſtrangulāt

paruulos: vel in fluuium aut cloacam piicit: in hoc deteriores effecte femellis aialiū ſyluestrium: que ſe faciūt qnq̃ occidi pro tuēdis pullis ſuis vt patet in vrſa: leena: lupa: et hmōi. Hoc em̄ homicidij genus excedit in malicia cetera homicidia. Qui eniȝ occidit hoiem baptiȝatum: non propterea occiſus impedit a conſecutione glorie eterne. Sed paruulus non baptizatus ſic occiſus nunq̃ videbit gloriā ſctōrum qđ eſt valde lamentādum: q2 vt dicit Aug. Maius dānum eſt in amiſſione vnius aie q̃ mille corporū. Et Ber. Totus (inquit) iſte mūdus in precio vni⁹ aie equiparari nō poteſt. Sed dicūt tales crudeles mulieres q̃ hec faciūt pro ſaluādo honore ſuo. Sed mirum q̃ non aduertunt ad illā dñi ſentētiā Math. x. Nichil (inquit xp̄s) opertum: ſupple in pn̄ti: qđ non reueletur ſup. in iudicio: vt exponit de lyra. Caueāt igitur matres ne ſua culpa eoꝝ paruuli impediantur a gloria eterna: quam nobis concedat ille. ⁊c.

B ¶ Sermo quintus.

Uidi librum ſcriptū intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptem Apocal. v. Notandum q̃ beatus Johānes vidit triplicem librum: videlicet

Generationis humanalis. Incarnationis diuinalis. Sctificationis ſacramētalis. ¶ De p̄rio libro ſcribit Mathei. i. Liber gn̄ationis ieſu xp̄i. Cuius quidem libri quintum capitulū eſt illud qđ ſequitur in genealogia ſaluatoris. vcȝ q̃ Judas genuit Phares et ȝaram de thamar. Ubi ponūtur duo noia filioꝝ: et tertiuȝ ſcȝ matris. Quorum primū ſcȝ Phares interpretatur diuiſio vel diuidēs: ȝarā oriens Thamar autem amaritudo. Iſte aūt tres interpretatiōes cōueniūt trib⁹ gn̄ib⁹ pſonarū.

videlicet Oipotenti deo. Uiro iuſto. Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur interpretatio hui⁹ nois Phares qđ idem eſt q̃ diuiſio vel diuidens deo conuenit. Nam ipe eſt q̄ diuidit bona fortune: nature: gratie ⁊ glorie: quib⁹ ſibi placet: ſm illud. i. Coꝝ. xij Diuidens ſingulis put vult. Sicut olim diuiſit terrā promiſſionis filijs iſrael ſm illō pſal. Diuiſit eis terrā in funiculo diſtributiōis. Sicut em̄ i funiculo ſunt plures cordule pēdētes: ita ⁊ plures erant tribus inter filios iſrael: quibus ſigillatim diuiſit terram pmiſſiōis vnicuiq̃ tribui ptē. Uel ſicut cū funiculo eiicim⁹ canes ⁊ feras: ita dn̄s de⁹ eiecit chenaneos de terra illa in

manu forti:et cōſequēter diui
ſit illaȝ populo ſuo. Itē i die
Iudicij faciet mirabilem di-
uiſionem quādo ſcȝ ſeparabit
bonos a malis ſicut ſeparat
paſtor oues ab hedis ⁊ ſtatu-
et oues a dextris:hedos āt a
ſiniſtris Math.xxv. ¶ Scđo
dicit̄ zaram:id eſt oriens ſcȝm
illud zacha.vi.Ecce vir oriēs
nomen eius. Nonne fuit tāq̄
vir oriēs i ſua natiuitate. qn̄
ſcȝ nox cōuerſa eſt i lucē ſcȝ illđ
pſal. Nox ſicut dies illumina
bitur:in ſignū q̄ ipſe erat vir
oriens et qui debebat illumi-
nare vniuerſum mundum tā
predicatione:q̄ miraculoruȝ
operatione. Poſſumus er-
go dicere illud Luce.i. viſita
uit nos oriēs ex alto.

D ¶ Tertio ipē dicit̄ thamar
i.amaritudo poſtq̄ ſupple fa
ct⁹ eſt hō. Nā q̄diu vixit ⁊ fuit
i hoc ſeculo neq̄ in quo tātū
gaudent mali. cōtinue fuit in
amaritudinibus et dolorib⁹
Tū propter pctā que videbat
regnare i mūdo. Tū propter
populi Iudaici ingratitudi
nē qui erat prim⁹ ad eū ꝓſe-
queāū cui tn̄ p̄ ceteris natio-
nibus maxia bñficia olim cō-
tulerat. Tū ꝓpter cōtinuā ap-
prehēſionē dure paſſionis ſue
future ꝓpterea nō imerito di
cere poterat illud Iob. xvi.
In amaritudib⁹ morat̄ ocu-
lus meus. a quib⁹ petebat li-
berari dicēdo. Libera me dn̄e
ſupple pr̄ et pone me iuxta te
p glorificationem corporis.
Propterea iminente paſſio-
ne ſua dixit. Triſtis ē aīa mea
vſq; ad mortē. Luce.xxii. Me
rito q̄ poterat dicere pr̄i illđ
Eſa.xxxviij. Recogitabo tibi
oēs ānos meos.i.totā vitā me
aȝ pſētē i amaritudie aīe mee.

E ¶ Scđo iſta triplex inter
pretatio pōt cōuenire Iuſto ⁊
vero penitēti. Prīo nēpe po
teſt ver⁹ penitēs dici phares
id eſt diuiſio vel diuidens. dȝ
eīm ſeipſū diuidere ⁊ ſapare a
conſortio malorū. Qui enim
vult ire de piſius romā non
debet ſe ſociare his qui vadūt
in angliā:cum ſit via omnino
opp oſita. Ita in propoſito q̄
vult ire in celum non debet ſe
ſociare his q̄ vadūt ad i infer
nū:vn̄ pſal. Rogat dn̄m dicēs
diuide eos. ſcȝ bonos a ma-
lis:in vita eorum.

F ¶ Scđo iuſt⁹ dȝ eē zarū.i.
oriēs ⁊ lucēs ꝓpt̄ bonā vitā
et famā ſcȝ q̄ nos admonet ſal
uator Mat.v. Sic luceat lux
vr̄a.i.vita vr̄a corā hoīb⁹ vt vi
deāt opa vr̄a bona ⁊ exīde glo
rificēt prēm vr̄m q̄ i celis eſt.
Nōne Iob erat dicit̄ phares
.i.oriēs maxie cū de eo dicat̄
Iob.i. q̄ ipē erat magn⁹ iter
oēs orientales.i.iter oēs Iu-
ſtos q̄ tūc tpis erāt ſup terrā.
Utinā ſtuderem⁹ ſic eē magni
⁊ nō i dignitatib⁹ hōrib⁹ diui-
tiis ⁊ hmōi:ſic faciūt mūdani

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO ...

G ❡ Tertio iuſtus et verus penitens dicitur eſſe thamar. i. amaritudo. Debet eñi penitēs ſemꝑ gemere et dicere cū thobia quale gaudium michi erit q̄ in tenebris ſedeo et lumē celi non video. Thobie v. Debet ergo gemere pctā q̄ cōmiſit et dicere ad dñm. illud Pſalmiſte. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei qꝫ nō cuſtodierūt legē tuā. Itē debet gemere piculū dānatiōis eterne ꝙtūcūqꝫ etiā ſit iuſt⁹ qꝫ vt habetur eccleſia. ix. nemo ſit in odio vel amore dign⁹ ſit. Itē debet gemere retardationē a glīa illa celeſti ſm illud pſal. Heu me qꝫ incolat⁹ me⁹ prolōgatus eſt. Taliter gemebat Iob cū dicebat. tedet aīāꝫ meam vite mee. Iob. x.

Tertio principaliter hec triplex interpretatio non abſre cōuenire pōt beate virgini.

H ❡ Primo eñi ipa dici poteſt phares: hoc eſt diuiſio ſeu diuidens. Fuit ſiquidē diuiſa a cōmuni aliarū mulierū vita ⁊ hoc ꝙtū ad multa. Primo quo ad culpe feditatē: qꝫ ſine pctō cōcepta et abſqꝫ pctō vixit Scdo quo ad cōcipiēdi qualitatē qꝫ ſine viro cōcepit dei filiū. Tertio quo ad pariēdi formam qꝫ ſine dolore pepit dei filiū. Unde merito dicere pōt illd. Luce. xviij. Non ſum ſicut ceteri hoim. grās de ſuſceptis bñficijs agēdo: et non ſeipam arroganter iuſtificādo. Hec igitur eſt de qua figuratiue ſcriptū eſt geñ. i. Diuiſit deus lucē: ideſt mariā a tenebris: hoc eſt a ceteris mulieribus tenebroſis ꝑ ignorātiā, culpā, ⁊ penā multiplicē. diuiſit inq̄ eam a tenebris in vita in morte et poſt mortē. Practica ſingula.

❡ Scdo ipſa fuit zara: id eſt oriēs et hoc in triplici ſtatu.

I ❡ Primo q̄dē in ſua natiuitate ſm illud eccle. xxvi. ſicut ſol oriens in mundo. ſupple fuit dei genitrix virgo. Secūdo in filij dei cōceptiōe ſm illud Ez. xliiii. ab oriēte. i. a maria ꝟgine adducā inqt de⁹ pr̄ ſemen tuum: et loqtur deus pr̄ generi hūano ⁊ potiſſime cuilibet patriarche et ꝓphē ex cui⁹ ſemine adductus eſt in hunc mundum dei filius.

❡ Tertio in ſua glorioſa aſſūptione tūc enim dicere poterant angeli et ceteri bti illud Luc. i. viſitauit nos oriēs id eſt mr̄ dñi nr̄i iheſu xp̄i. Ex alto qꝫ ex ſūmitate celi poſt filium eius. Ipſa ergo nūc merito dicere pōt illd Eccle. xxiiij. Ego feci vt ī celis oriretur lumē indeficiēs: ego ī altiſſimis hitaui et thronus me⁹ ī colūna nubis. ❡ Tertio ipſa fuit thamar. i. amara ⁊ potiſſime in bñdicti filij ſui piſſima paſſione ſm illud Treñ. i. et ipſa oppreſſa amaritudie: ⁊ ſic ſup

ple fuit qñ vidit filiũ innocẽtiſſimũ pendẽtẽ in medio latronũ. Unde tunc merito dicere poterat illõ Ruth. i. Amaritudie repleuit me omnipotens: ſupple fili⁹ meus. ꝛ hoc occaſionaliter cũ ſcꝫ vidi eum tã inhumaniter tractari nec adeſſe q̃ eũ conſolaretur. ſed neqꝫ ego ipſa poterã pꝛe dolore eũ cõſolari quini mo augebã quodãmõ dolores ſuos cũ ſcꝫ intuebatur me ad ſtipitẽ crucis taꝫ doloroſam ꝙ ei nõ poteram loqui. Et profecto q̃ ibi aſtabant et eã cõtemplabantur iuſte dicere poterant. Aia ei⁹ in amaritudine eſt. iiij. Reg. iiij. Patet ergo de libro gñationis hũanalis.

SEcundus liber dꝛ incarnationis diuinalis. Dic aũt liber ſcriptus eſt int⁹ ꝛ foris. Et q̃tum ad id qð continetur intus ſcꝫ q̃tum ad vetus teſtamẽtũ iuenim⁹ de hac ſanctiſſima incarnatiõe duo magna teſtimonia ſi apiatur.
R ¶ Primo ibi reperimus vnã figurã vꝫ. Heſter. ij. vbi legitur ꝙ rex aſſuerus valde intime dilexit heſter pulcherrimã virginẽ hebreã cui⁹ ſapiẽtia et ꝓuidentia Judei quos ꝑdere temptabat Amã ſuperbiſſim⁹ liberati ſunt ꝛ Amã confuſibiliter ſuſpenſus i patibulo quod parauerat mardocheo. Ad propoſitum per heſter que interpꝛetatur abſcondita ſignificatur diuinitas filij dei que abſcondita ẽ in corpoꝛe virgineo et ſimiliter terreſtri. Per mardocheum aũt qui interpꝛetaꝛ amara cõtricio impudẽtie intelligitur eius humanitas que valde doluit et fleuit impudẽtiã pctõꝝ noſtroꝝ. Per aſſuerũ aũt qui interpꝛetaꝛ beatitudo ſignificatur de⁹ pater ſm illud Jo. xvii. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te verũ deuꝫ ꝛ quẽ miſiſti. ꝛc. Sicut ergo medio heſter et mardochei tẽpoꝛaliter ſaluati ſunt hebꝛei vt nõ perirent coꝛpoꝛaliter ſed recepti ſunt in amicitia regis aſſueri. Jta ꝛ mediãte xp̃o deo et hoĩe deus pater recõciliatus eſt generi humano et recepit eũ in ſua amicitia. Per Amã aũt itelligitur diabolus quẽ deus pꝛ ſuſpẽdi iuſſit in patibulo iferni eo ꝙ procuraſſet i effectu mortẽ ipſius xp̃i: ſm illud Jo. xiij. Cũ diabolus miſiſſet in coꝛ Jude vt traderet eũ ꝛc. Et ſicut hebꝛei poſtq̃ cognouerũt ſe euaſiſſe periculum quod parabat illis Amã et ipꝫ Amã ſuſpenſũ viderunt valde gauiſi ſunt tripudiãtes et magna cõuiuia celebꝛãtes. Jta ꝛ nos xp̃iani ſũme gaudere debem⁹ ſup redẽptione noſtra quam operatus eſt dei filius in ſua pꝛecioſa incarnatione. ¶ Et ſic patet de ꝑfiguratione hu

ſius incarnationis.

¶ Secundo infra dictū librū inuenimus quādā prophetiā q̄ ſcribitur Danielis.ix. Ubi legitur ꝙ cū daniel eſſet in captiuitate venit ad eū angelus dn̄i gabriel. Dicēs ꝙ diligenter aduerteret ad v̈ba ſua.vii. inquit hebdomades abbreuiate ſunt ſuper populū tuū.i. ſunt adeo prefixe et determinate: et tunc finē accipiet peccatū et delebitur iniquitas: ⁊ poſt.vij.hebdomades occidetur chriſtus.

L ¶ Unde circa hoc notande ſunt alique veritates. Prima ỽitas eſt ꝙ firma fide docti pariter ꝛ indocti tenere debent veritatem huius ſacramenti. Probatur iſta veritas per Ricardum libro pͦrio de trinitate:ſic dicentem. Cum omni fiducia poſſum⁹ deo dicere. Domine ſi error eſt:ſcilicet circa hoc ſacramẽtum:a te decepti ſumus. Nam illa tot et tãtis ſignis atqꝫ prodigijs confirmaſti:et talibus que nõ niſi per te fieri poſſunt: ꝙ nõ ſupeſt dubitãdi loc⁹. hec ille.

¶ Secunda veritas. Simplicibus ꝛ indoctis non competit ſubtiles difficultates hui⁹ ſacramẽti multum inueſtigare. Probatus iſta ỽitas per illud Sapiẽtie dictum. Eccl. iij. Altiora te ne queſieris : ſꝫ que precepit tibi deus : ſcꝫ decalogi ꝑcepta illa cogita ſemper : et in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non enim eſt tibi neceſſariũ ea que abſcondita ſunt videre oculis tuis. Hec ibi.

¶ Tertia veritas. Quicũqꝫ ſtuduit nimium curioſe inueſtigare ſecreta ꝛ abſcõdita huius ſacramenti myſteria : tandem per errorẽ defluxit. Patet iſta ỽitas per illud Prouerbiorũ.xxv. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria Propterea hortat̃ nos paulus Roma.xij. Non plus ſapere ꝙ oporteat ſapere:ſed ſapere ad ſobrietatem : et vnicuiqꝫ ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Humiliem⁹ itaqꝫ atqꝫ captiuemus intellectum noſtrum in obſequium chriſti : in credendo fide indubia et ſimplici veritatem tãti myſterij: vt fidei merito peruenire poſſimus ad locum in quo clare omnia videbimus:videlicet ad regnum claritatis eterne.ꝛc.

¶ Sermo decimus.

Vidi librum ſcriptū intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptem Apocal. v. Notandum ꝙ beatus Johānes vidit triplicem librum: videlicet.
Generationis humanalis.
Incarnationis diuinalis.
Sctificationis ſacramētalis.

A ¶ Primo igitur vidit librum generationis humanalis: de quo Mat. i. Liber gñationis ieſu xp̄i. In capitulo autem decimo huiꝰ libri legitur ꝙ Naaſon genuit Salmon. Ubi notādū ꝙ Salmon interpretaꝛ ſentiēs ſiue ſenſibilis. Hec aūt interpretatio ꝯuenit

videlicet.
Oīpotenti deo.
Uiro iuſto.
Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur deꝰ poteſt dici Salmon. i. ſentiens. Nam ip̄e valde bene ſentit odoramēta virtutū et bonoꝝ opeꝝ dicēs de quolibet iuſto illud Gen̄. xxvij. Ecce odor filij mei: ſicut odor agri pleni. Nam ſicut agri pleni floribꝰ redolent in naribus hoīm: ſic et iuſti pleni floribus virtutū et gratiarū redolēt corā dn̄o. Propterea dicit aīa deuota illud Cāti. i. Nardus mea dedit odorem ſuū. In cuiꝰ figura legitur Joh. xij. ꝙ Maria magdalena per quā ſignificatur penitentis aīa accepit librā vnguēti nardi piſtici precioſi: et vnxit pedes ieſu: et domus impleta eſt ex odore vnguenti. Sic nō ſolū deꝰ delectatur i odore vnguētoꝝ boni operis: ſed ⁊ domꝰ tota illa celeſtis. Propterea dr̄ Lu. xv. ꝙ gaudiū eſt āgelis dei ſuper vno pctōre pn̄iam agente Et per oppoſitū pctōres ꝙtū cūqꝫ mūdi ⁊ politi exteriꝰ: fetēt tn̄ interiꝰ corā deo ⁊ angelis eiꝰ: et maxime obſtinati. In cuiꝰ figura dixit Magdalena ad xp̄m de Lazaro fratre ſuo Dn̄e iam fetet: quatriduanus eſt eīn: ſup. hn̄s in monumēto Joh. xi. De talibꝰ ergo pōt dici illō Exo. v. Fetere feciſtis odorē vr̄m corā pharaone ⁊ ſeruis eiꝰ. i. corā dn̄o ⁊ angelis eiꝰ ſctis. Sicut ergo homines mūdant abhorrēt fetores corporales: ita deus. ⁊c.

¶ Scd̄o iſta interp̄tatio pōt cōpetere ieſu xp̄o ſcd̄m humanitatē. Nā cū ſcd̄m diuinitatē eſſet inſenſibilis ⁊ inuiſibilis factꝰ eſt homo vt ſcd̄m humanitatē ſenſibilis viſibilis mortalis: atqꝫ paſſibilis appareret. Propterea dicit Paulꝰ Philip. ij. Hoc ſentite in vobis quod et in chriſto ieſu.

C ¶ Ubi notādū ꝙ ipſe xp̄s fuit valde ſenſibilis: qꝛ multa et grauida ſenſijt quo ad quinqꝫ ſenſus corporeos. Primo eīm ꝙtū ad ſenſū viſus fuit valde ſenſibilis qn̄ vidēs ciuitatē hierl'm fleuit ſuꝑ illā3 di. qꝛ ſi

cognouiſſes ꝛ tu ſupple fleres qm̄ veniēt dies in te.ꝛc. Luce xix. Item qn̄ videns mariā ꝛ marthā ſororē ei⁹ plorantes tm̄ eſt illis cōpaſſ⁹ ꝙ lachrymat⁹ eſt Iohā.xi. Itē fuit val de ſenſibilis ꝙtum ad ſenſum viſus: qn̄ in hora paſſionis in tuitus eſt piā matrē eius am plexātē arborē crucis nec potentē loqui pre dolore. Ille eīm aſpect⁹ matris ſue valde auxit dolorem ſuum.

¶ Scd̄o xp̄us fuit valde ſenſibilis ꝙtū ad ſenſum audit⁹ qn̄quidem eo pendente in cru ce audiebat blaſphemias improperia detractiones ꝛ irri ſiones iudeorum dicentium Vach q̄ deſtruis tēplū dei ꝛ ī triduo illud reedificas. Sal ua temetipſum: ſi filius dei es deſcēde de cruce. Alios ſal uos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. confidit in deo liberet eū ſi vult Math. xxvii

¶ Tertio fuit valde ſenſibilis ꝙtū ad ſenſū olfactus: qꝛ fuit crucifix⁹ in loco fetidiſſimo: vcꝫ in monte caluarie vbi pēdebant cadauera mortuorū ex quibus fetor mirabilis vſqꝫ ad nares piiſſimi iheſu exaltabat. Et de hoc prophetatum fuerat: Sapi.ii. Morte turpiſſima condemnemus eum. Morte inqꝫ turpiſſima nō ſolū ꝙtum ad ipſum gen⁹ mortis verū etiā ꝙtum ad lo cum mortis ꝛ paſſionis.

¶ Quarto chriſtus fuit vali de ſenſibilis ꝙtum ad ſenſum guſt⁹. Nā in cruce pēdens cōqueſtus eſt pie de potu dicēs: ſitio. Illi aūt maledicti ribal di dederūt ei bibere vinū felle mixtum qui cum guſtaſſet no luit bibere pre illius amaritudine. Unde in pſona ipſius loquēs regi⁹ ꝓpheta Dauid ſic inquit. Dederunt ſupple impiiſſimi iudei: In eſcā meam fel ꝛ in ſiti mea potauerunt me aceto.

¶ Quinto fuit valde ſenſibi lis ꝙtum ad ſenſum tactus: partes enim ille humani corporis in quibus cōgregantur nerui ꝛ vene ſūt maxime ſenſi biles: cuiuſmodi ſunt pedes ꝛ manus: vt ergo grauiorem penam inferrēt maledicti iudei chriſto pcuſſerūt eū in illis partibus: ſecundum illud Pſalmiſte. Foderunt man⁹ meas ꝛ pedes meos: dinume rauerūt oīa oſſa mea: et ſunt v̓ba dicta in perſona xp̄i ꝛ ſic ptꝫ qūo dicta interp̄tatio con uenit xp̄o ſm̄ vtrāqꝫ naturā.

D ¶ Scd̄o dicta interp̄tatio ꝯuenit viro iuſto q̄ dr̄ Sal mon. i. ſēſibilis: debet eīm ſētī re. Pr̄io illa q̄ ſūt īferius: ſcꝫ tpalia ꝛ t̄rena bona vt illa cō tēnat. Itē corp⁹ vt ip̄m ratiōī ſubiiciat. Itē t̄rā vt vn̄ venerit ꝛ quo finalit̄ tēdere habeat cognoſcat. debꝫ eīm vir iuſt⁹ facere ſicut qdā piſcis q̄ dr̄

ſalmõ qui ſẽtiẽs aquã amarã retrocedit ⁊ ſe iterũ cõuertit ad dulcem. Sic ⁊ vir iuſtꝰ cõſiderans omnia hec inferiora amara retrocedit ⁊ ſe iterũ at ꝗ iterũ conuertit ad dulciſſimum ieſum xp̃m.

¶ Secundo vir iuſtus debet ſentire illa que ſunt interius: ſcꝫ in conſcientia: vt ſunt etiã minuta peccata venialia a quibus cauere debet: ⁊ ſi illa ſenſerit iam ineſſe debet cum omni diligentia laborare vt illa abijciat: ſicut ꝙ Pſal. faciebat qui dicebat. Conuerſus ſum in erũna mea dum configitur ſpina: ſcꝫ culpe venialis: a fortiori dum configiẽ ſpina culpe mortalis. Sed ꝑfecto multi ſunt qui facillime ſentiũt ſi in corpore ꝗtũcunqꝫ parũ tãgantur ⁊ ledantur: ⁊ vulnera ꝗuis quãdoqꝫ parua ſtatim mederi feſtinant. qui tñ mortalia peccata letaliter vulnerantia pauperes animas ſentire non videntur. nec etiam ſi ſẽſerint: de remedio opportuno ſibi ꝓuident: in quorũ perſona ſigillatim loquitur Salomon ꝓuerbiorũ. xxiij. dicens. Verberauerunt me ⁊ non dolui: traxerũt me ⁊ non ſenſi. Quando eñ homo trahitur modo per aures modo per naſum ⁊ non ſentit ſignũ eſt ꝙ eſt mortuus corporaliter. Sic in propoſito quando miſeri peccatores non ſenſiũt grauitatẽ petõꝝ ſuorũ ſignũ eſt ꝙ ſũt obſtinati in peccatis ſuis ⁊ ſpũaliter mortui. Et ſimiliter dicendũ eſt quando trahũtur diuerſis penis nec emendantur.

¶ Tertio vir iuſtus debet ſẽtire crucis xp̃i ſupplicia per cordialẽ cõpaſſionẽ ⁊ deuotã meditationẽ: hoc docꝫ Salo. ſapi. j. di. Sentite inquit de domino in bonitate. Sic ſentiebat de dño iheſu xp̃o ipſe Paulus cum dicebat: xp̃o cõfixus ſum cruci Gala. vj. Videmus enim ꝙ cum caput patitur ⁊ dolet totũ corpus ſentit ita ⁊ viri iuſti cõpatiunẽ xp̃o ſicut beatus Franciſcus: beata katherina de ſenis. Si quis a ſit tempore ⁊ loco nõ cõpatitur xp̃o patienti ſignum eſt ꝙ nõ eſt menbrũ eius ſed diaboli: ſicut neqꝫ brachium abſciſum a corpore cõpatiẽ corpori pacienti ⁊ dolenti propterea. Paulus admiratiue loquẽs Ro. xj. dicit ſic. Quis cognouit ſẽſum dñi. q. dicat pauci ſunt qui veraciter chriſto compatiantur.

¶ Quarto vir iuſtꝰ debet ſẽtire illa q̃ ſũt ſuperius: ſcꝫ celi gaudia vt ardentiꝰ in illa tẽdat. Vultur eñ dr ſentire predã ſuã vltra mare: qꝛ valde viget in ſenſu odoratꝰ. Similiẽ canis poſtꝗ predã ſuã amiſit nõ ceſſat donec iterũ inueniat eã. Sic ⁊ iuſti taliter predam

illã celeſtis glie taliter odo-rant ꝙ nõ quieſcũt donec inue nerit illã: ſm illud. Ro.xxviij q̃ ſcðm ſpiritũ ſũt q̃ ſũt ſpũs ſentiũt. Talis fuit Paulus qui poſtq̃ amiſit predam ſuã quã inuenerat cum in raptu archana dei viderat deinceps non ceſſauit currere per vni-uerſum ferme orbẽ donec in-uenit eam in ſua coronatione E ¶ Tertio principalit̃ bea ta virgo poteſt dici Salmõ .i.ſẽſibilis. Nũqd em̃ fuit val de ſenſibilis ⁊ doloroſa quan do audiuit a ſancto Symeo-ne cũ ſuſciperet paruulũ ieſũ in vlnas ſuas. Poſit⁹ eſt hic inſignũ cui contradicet̃ Luce ij. Item nũqd valde ſenſibilis ⁊ doloroſa fuit qñ pdidit filiũ ſuũ in tẽplo in tãtũ vt tertio die cũ eũ inueniſſet dixerit ei Fili qd feciſti nobis. Ecce pa-ter tuus ⁊ ego dolentes q̃re-bam⁹ te Lu. ij. Itẽ nũqd fuit valde ſẽſibilis ⁊ doloroſa qñ vidit ꝙ oportebat eã cũ par-uulo deſcendere in egyptum eo ꝙ herodes iam incipiebat machinari in mortẽ paruuli Math.ij. Itẽ nũqd fuit valde ſenſibilis qñ vidit filiũ ſuum in medio duorũ latronũ pen dentẽ in crucis patibulo nec poſſe ſibi opem vel a via ferre: ſed neq; et pre dolore loqui. Tunc enim impleta fuit in ea illa Symeõis ꝓphetia. ⁊ tuã ipſius animam pertranſibit gladius Luce.ij.

Secundus liber dicitur incarnationis diuinal' qui quidẽ liber ſcriptus eſt in tus ⁊ foris. Intus quidẽ q̃tũ ad vet⁹ teſtamẽtũ: in quo in-uenim⁹ duo magna teſtimo-nia de hac ſanctiſſima incar-natione: videlic; vnam figurã et vnam ꝓphetiam.

¶ Prio igit̃ infra hũc librũ inuenim⁹ vnã pulchrã figurã que ſcribitur Ezechi.i. Ubi le-gitur ꝙ ipſe Ezechi. vidit vnã ſingularẽ viſionẽ quã deſcri-bẽs ſic ait. Uidi inqt ⁊ ecce vẽ tus turbinis veniebat ab aq-lone ⁊ nubes magna ⁊ ignis inuoluens. Et ſplendor in cir cuitu eius ſc; nubis: ⁊ de me-dio eius quaſi ſpecies electri .i. de medio ignis. Et in me-dio eius ſimilitudo.iiij.aĩa-lium: ⁊ hic aſpectus eorũ ſimi tudo hominis in eis: Deide deſcribuntur illa .iiij. aĩalia: cũ poſt pauca dicitur ſic: faci ea hoĩs ⁊ facies leonis a dex-tris ipſorum .iiij. facies bo-uis a ſiniſtris ipſorũ.iiij.⁊ fa-cies aquile deſup.iiij.⁊ facies eorũ ⁊ penne eorũ extente de ſuper hec ibi.

¶ Ad propoſitũ ventus tur binis veniẽs ab aqlone pfi-gurabat aduẽtũ gabrielis ad virginem mariam: qui recte vocatur ventus turbinis: q2 cum ipſe Gabriel ſalutaſſet ip ſam virginẽ: di. Aue gratia

plena.ꝛc. Turbata eſt maria in ſermõe ei⁹ ꝛ cogitabat q̄lis eſſet iſta ſalutatio Luce.j. Nu bes aũt magna eſt xp̄i hũani tas: ignis autẽ inuoluens eſt ſpirituſſanctus: virtute cuius facta eſt iſta vnio diuinitatis ꝛ humanitatis: illud eſt: qđ ſe quitur. Sp̄uſſanctus ſupueni et in te. Splẽdoꝛ ignis in circuitu nubis ſignificat illã ple nitudinẽ gr̄arũ ꝛ donoꝝ ſpi ritualiũ q̄ fuerũt in xp̄o: ſm ꝙ homo. Et de medio ei⁹: ſcꝫ ignis: quaſi ſpẽs electri ſup ple procedebat. Electrum enim eſt metallum quod fit ex auro ꝛ argento: ꝛ quia eſt ibi tripliciter plus de auro q̄ꝫ de argento: ideo ibi aurũ in fulgoꝛe ſuo paleſcit ꝛ minus rutilat: argentũ vero creſcit in claritatẽ. Sic dũ humanitas fuit vnita diuinitati ĩ xp̄o argentũ cepit fulgere: vt patuit in eius trãſfiguratiõe ꝛ alijs opibus miraculoſis: ſed ipſa diuinitas viſa eſt quodãmõ pallere: quia occultabatur: ꝛ quodãmodo obſcurabat̃ ſub pallio humanitatis. Nichilo minus ipſe xp̄s ſe habuit ibi permodũ electri: quia opera eius magis erãt diuina q̄ꝫ hu mana: ꝙ aũt in medio nubis apparuit ſimilitudo.iiij.aĩaliũ ſignificatur: ꝙ ipſe chriſt⁹ comparatus eſt quatuoꝛ animalibus ſecundum diuerſos eius ſtatus.

Nam in ſua incarnatione ꝛ natiuitate habuit ſimilitudinem hominis: quia habitu inuẽtus eſt: vt homo Philip.ij. Secũdo in ſua paſſione habuit ſimilitudinem bouis ꝓuer.vij. quaſi bos du ct⁹ ad victimã. Tertio in ſua reſurrectione habuit ſimilitudinẽ leonis: ſecũdũ illud Eſa.v. Rugitus eius quaſi rugitus leonis: iſte rugitus fuit quando ipſe xp̄s clamabat ad patrẽ pꝛo reſurrectiõe ſui coꝛ poꝛis dicens: illud Pſal. Exurge quare obdoꝛmis dñe exurge ꝛ ne repellas in finẽ quare faciem tuã auertis.i. auertere videris in hoc ꝙ nõ ſtatĩ reſuſcitas coꝛpus meũ iacẽs in ſepulchꝛo.ꝛc. Item ſicut leo ſuo fremitu facit tremere cubile ſuũ. Ita ꝛ in xp̄i reſurrectione terremot⁹ factus eſt magn⁹ circa ſepulchꝛũ in tm̄ ꝙ exterriti ſunt cuſtodes ꝛ facti ſunt velud moꝛtui: tũc eñ vicit leo de tribu iuda. Quarto xp̄s in ſua aſcẽſione habuit ſimilitudinem aquile: tũ quia altius ceteris beatis volauit: quia vſq; ad dexterã dei patris: tum quia ap̄l'is ꝛ ceteris iuſtis modũ volãdi incelum docuit: ſm illud Deut.xxxij. Sicut aquila ꝓuocãs ad volãdum pullos ſuos ꝛ ſuper eos volitãs. tũ quia quotquot in celũ aſcẽdũt virtute ꝛ merito ipſius aſcendũt: ſm illud qđ

ſubditur: Expandit alas ſuas ⁊ aſſūpſit eos: ſcȝ electos atq̧ portauit in humeris ſuis.

G ¶ Uel aliter ipſe xp̄s habet quadruplicē faciē: ſcȝ aquile leonis hoīs ⁊ bouis. Faciē aquile oſtendit beatis. Faciē leonis oſtēdit dānatis: q̄ terret eos ſm illud Pſal. Turbatus eſt a furore ocul⁹ me⁹: ⁊ loquitur in pſona dānati. Faciē hominis q̄ gratioſa eſt oſtendit viris penitentibus qb⁹ dicit illud Johā. xix. Nunc quidem triſtitiā habetis: ſed iterum videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrum. Faciē autē bouis oſtendit obſtinatis peccatoribus minando eis dānationē eternam. Potiſſime aūt ipſe xp̄s oſtendet faciē bouis cum cornib⁹ ꝯtra obſtinatos peccatores in die mortis ⁊ iudicij: quia vt dicit Pſal. Tunc exaltabuntur cornua iuſti ſup ple xp̄i. i. tūc manifeſtabit ei⁹ maxima ira cōtra inſenſatos peccatores. Jn cui⁹ ſign. legitur. iij. Re. xxii. ꝙ Sedechias fecit ſibi cornua ferrea ⁊ ait regi iſrael: his cornibus ventilabis ſyriā donec deleas eā Sic ⁊ ipſe xp̄s cornibus ſue mirabilis ⁊ implacabilis ire ventilabit ſyriā. i. multitudinem peccatorum in die iudicii donec deleat eam. ⁊ hoc fiet quando dicet ipſis reprobis. Jte maledicti in ignem eternum Mathei. xxv.

H ¶ Moraliter vir iuſt⁹ debet habere iſtas quatuor facies. Primo quidē debet habere faciem hominis per diſcretionem ⁊ manſuetudinem Secundo faciem bouis per carnis crucifixionem ⁊ placētem deo oblationem: ſicut in veteri lege boues deo offerebantur in ſacrificium. Tertio debet habere faciem leonis p peccati deteſtationem ⁊ fugā Quarto faciem aquile per diuinorum ⁊ celeſtium ſanctam comtemplationem: ⁊ ſic patȝ de figura huius myſterii.

¶ Secundo inuenim⁹ infra hunc librum vnam ꝓphetiā q̄ ſcribit Exodi. iiii. vbi dicit Moyſes ad dn̄ȝ. Obſecro domine mitte quē miſſur⁹ es: in q̄bus verbis moyſes orabat: cū dicebat. Obſecro dn̄e: ⁊ prophetabat quia mitte quē miſſur⁹ es: ſcȝ filiū tuū ad redimēdum genus humanum ſecundum autem: ꝙ Moyſes eligebatur a domino vt per eum populus iſraelitic⁹ liberaretur de manu Pharaonis figura erat ꝙ fili⁹ dei eſt gi deberet ad liberādum populum de poteſtate diaboli ⁊ de hoc ſufficiat ad preſens.

¶ Secundo iſte liber ſcript⁹ eſt foris q̄tum ad nouū teſtamentum. Ubi legitur Luce. iiii. ꝙ poſtq̄ chriſt⁹ ſemel p̄dicaſſet in ſynagoga ⁊ ſtuperent audiētes ſup ſermonib⁹

ſuis appropinquās ad quen=dā demoniacū ſtatī exclamauit demō per os eius dicens. Sine: quid nobis ꝛ tibi iheſu nazarene: veniſti perdere nos Scio te qꝛ ſis ſctūs dei Increpauit aūt illū dicēs. Obmuteſce et exi ab illo. Et exiuit illico. Itē in eodē capit. habet ꝙ cū multis demoniacis manus imponeret: exibāt demonia a multis clamātia ꝛ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpās nō ſinebat ea loqui qꝛ ſciebant ipm eſſe xpm. Hec ibi

I ¶ Sup quo paſſu pñt moueri tres difficultates. Pria qd ſignificat demoniac⁹ in ſynagoga. Reſponſio ſignificat ſm Do. Cardi. ꝙ in qualibet cōgregatiōe etiā ꝙtūcūqꝫ ſctā eſt ſemp aliquis demoniacus q̄ pturbat pacē habentes. Et hoc ſignificatū eſt p id quod ſcribit Job. i. ꝙ cū veniſſent filii dei vt aſſiſterēt corā dño affuit inter eos ſathan. Itē patꝫ p illud Jo. xii. vbi xps loquēs de congregatiōe diſcipulorū ſuorū di. Nonne ego vos. xii. elegi et vn⁹ ex vobis diabol⁹ eſt. Propterea Aug. excuſās ſanctas congregatiōes cōtra eos qui ſcandalizātur de bonis ſi quos paucos malos inter eos viderit dicit ſic. Quātūlibet inuigilet diſciplia domus mee homo ſum. Nec michi arrogare audeo vt dom⁹ mea melior ſit: ꝙ archa noe. vbi tātū inter octo hoīes vn⁹ reprobus inuētus eſt: aut melior ſit ꝙ domus abrahe: vbi dictū eſt. Eiīce ācillā ꝛ filiū ei⁹ aut melior ſit ꝙ domus Iſaac vbi de duobus geminis ī malachia dictū eſt. Jacob dilexi Eſau aūt odio habui. Deinde ſubdit. Sicut difficile ſum expertus meliores ꝙ q̄ in monaſteriis profecerūt: ita nō ſum peiores exptus ꝙ qui in monaſteriis defecerunt. Hec ille. et recitat di. xlvii. Quātulibꝫ.

R ¶ Secūda difficultas eſt. Quare dñs phibuit diabolo ne cōfiteretur eū eſſe ſctm̄ dei filiū. Reſpōſio hoc fecit ad inſinuādū ꝙ nō ē ſpecioſa laus in ore pctōris: vt hētur Eccli. xv. Propterea his q̄ docte et pulchre predicāt ſed male viuūt improperat dñs p pſalmi. dicēs. Quare tu enarras iuſticias meas et aſſumis teſtamentū meū per os tuū. Maxime qꝛ tu odiſti diſciplinā ꝛ p iecisti. ꝛc. Itē hoc fecit ad inſtructionē noſtrā: vt ſcꝫ doceret nos fugere laudes hoīm: ꝛ maxime turpiū pſonarū: qꝛ ſicut di. ſen. lib. de virtutib⁹. Tam triſte debet noobis eſſe laudari a turpib⁹ ꝙ ſi laudaremur ob turpia.

L ¶ Tertia difficultas eſt. Quō ipe demon cognouit de xpo ꝙ eſſet filius dei. Reſponſio hoc cognouit p opa ꝛ ope randi modū: vt hētur in glo.

ord. allegādo venerabilē Bedā ſic inquiētē. Cū (inq̄t) ieiunio fatigatū videret diabolꝰ xp̄m verum hoiem intellexit: ſed q2 tentando nō p̄eualuit veruȝ dei filiū eſſe dubitauit. Nunc ergo per ſignorū potētiā iaȝ certior effectus filium dei arbitratus eſt.

M ¶ Modus aūt quo hec incarnatio facta eſt declarat per exemplum in naturalibꝰ. Legimus eīn de vnicorne q̄ē animal valde terribile. Percutit eīn ſuo cornu tam periculoſe q̄ nemo poteſt inde ſanari: nec cōtra eū protegi: tamen poſita coram eo puella virgine et formoſa ſtatim depoſita oī ferocitate cadit corā ea et dormit in ſinu ſuo. Ad ꝑpoſitū per vnicornem intelligitur rigor diuīe iuſticie cōtra humanum genꝰ: qui olim adeo terribilis erat q̄ nō erat qui poſſet ſe abſcondere a calore eius. Sed tandē inuēta eſt vna pulcherrima puella videlicet virgo maria que in tantum mitigauit rigorē iuſticie eius q̄ ip̄m traxit ad gremiuȝ vteri ſui. Propterea merito ſunt prefigurata ī dalida: que fecit reclinare ſampſonē virorum fortiſſimum in ſinu ſuo. Judi. xvj. Unde ꝛ de huiuſmodi vnicorne ſcribitur in pſal. Edificauit ſcilicet dei filius ſicut vnicornis ſanctificiū ſuū. id eſt virginis vterum ſanctū Quia ſicut vnicornis nō permittit quodcunq̄ aliud aīal ad ſuum latibulum ſeu reclinatoriū propiꝰ accedere. Sic nec xp̄s permiſit q̄ in illo ſancto tabernaculo in quo nouē menſibus et diebus decē reclinauit, alius homo reclinaret eo q̄ ipſum ſibi ſoli ab eterno elegit et preordinauit.

Tertius liber dicitur ſanctificationis ſacramētalis qui deſcribitur in themate cum ſubditur Signatū ſigillis ſeptem. Unde continuātes materiā de ſcdo ſigillo ad huc īuenio ſub iſto ſigillo vnum magnuȝ ſecretū: vid3 q̄ chriſti corpus ſimul et ſemel in ſe idem exiſtēs eſt in diuerſis et diſtinctis altaribus ſacramētaliter. Jſtud ſecretuȝ p̄ōit. d. .x.iij. q .lxxv. ar. i. in ſol. ad tert. quod quidē ſecretū aperitur duplici claue. Et

N ¶ Prio claue figuralis declaratiōis. Legitur eīn. i. Re. xxviij. q̄ cum poſt mortem ſamuelis ꝓphete rex Saul grauiter ab aduerſarijs īpugnaretur ꝛ preſertiȝ a Philyſtijs conſuluit dominum quid naȝ agere deberet: qui cum non ei reſpōderet mutato habitu regio ꝛ alio aſſumpto ne cognoſceretur venit ad quandaȝ mulierem diuinatricem rogans eam: vt ſibi ſuſcitaret Samuelem: id eſt apparere faceret. Cum ergo illa feciſſet ſuas in

cātationes ſtatim appuit Samuel amictus pallio. Quem cum ſtatim Saul adoraret ſe inclinando dixit ei Samuel. Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer. Cui ille. Coartor nimis. Ecce eñ Philiſtijm pugnant contra me: et neſcio qđ agere debeam. Conſului autē dominū: ſed nō reſpondit michi. Tandē cum Samuel dixiſſet Sauli ꝙ in craſtinū deberet occidi per ipſos Philiſteos iterū requieuit i domino. Ad ppoſitū, per Samuelem qui interpretatur audiēs dñm: pfigurabatur xp̄us: qui ſemper audiuit deum patrẽ obediendo voci ſue. Unde ipſe dicebat Joh. xiiii. Sicut mā datū dedit mihi pater ſic facio. Utinam ſic poſſemus dicere. Iſte ergo Samuel ſemel mortuꝰ pro nobis ſuſcitatur in ſacramēto altaris dum ad verba ſacerdotis ibi icipit ſacramētaliter eē qualiter priꝰ non erat. Nihilominus quo ad literam de ipſo Samuele eſt duplex opinio: et vtranqꝫ ſuſtinet Auguſtinus tanꝗ pbabilem.

¶ Pria dicit ꝙ ſamuel ibi non apparuit realiter: ſed demon ad incantationeꝫ mulieris illius habentis ſpiritū phytonicum. Secunda auteꝫ opinio dicit ꝙ ibi realiter apparuit tamen diuina volūtate ad annūciandū Sauli mortem ſibi vicinam: ex eo ſcilicet ꝙ conſuluiſſet mulierem phytoniſſam: ⁊ propter alias cauſas. Et de hac materia habetꝰ in decreto. xxvj. q. v. Nec mirum. Ubi textus magis declinat ad primā opinionē: ꝙ ad aliam. Tamen fauendo ſecunde opinioni quam videtur approbare de Lyra ſuper dicto paſſu: tunc conſequenter dicē dū eſt ꝙ Samuel ideꝫ exiſtēs ſimul et ſemel fuit in pluribꝰ locis: videlicet in lymbo prīm et ſuper terram loquens cum Saule: in hoc myſterio prefigurādo chriſtuꝫ ſummū prophetarum: qui ſimul eſt localiter in celo et ſacramētaliter in mundo iſto: etiam in diuerſis altaribus. Nec ſine cauſa dictum eſt ꝙ ipſe Samuel apparuit Sauli amictus pallio quia per hoc ſignificabatur ꝙ xp̄s debebat apparere in hoc ſacramēto ſub ſpeciebus ſacramentalibus: velut ſub quodā pallio: quem ſtatim verbis platis debet ſacerdos reuerenter adorare humiliterꝰ caput inclinando: et non ita feſtinā ter ſicut pleriqꝫ faciunt q ipſaꝫ hoſtiam oſculantur: nunc ad vnam partem: nunc ad aliam

¶ Secundo iſtud ſecretum aperitur claue auctoritatiue probationis: Ait enim Pſalmiſta. Dominus ſupple iheſus chriſtus in templo ſancto ſuo: id eſt in alaris ſacramen

to: dominus in celo ſedes ei⁹ quaſi dicat: ꝙ ſimul eſt in ce. et in altari. Itē de conſecra. diſt. ij. quid ſit dicit gregori⁹ ꝙ tanta eſt eccleſie vnitas in chriſto: vt vn⁹ vbiqꝫ ſit panis corporis chriſti et vnus ſit calix ſanguinis ipſius.

P ¶ Patet ergo falſitas erroris Berēgarij: qui dicebat: ꝙ impoſſibile erat corp⁹ chriſti eſſe realiter et veraciter in altari: ex quo aſcendit in celuꝫ ſed dicebat ꝙ tantum ibi erāt ſpecies panis et vini: et ꝙ ibi erat chriſti corpus tantum ſicut in ſigno. ¶ Ipſum autem errorem reuocauit Rome coram Papa Nicolao et centū xiii. epiſcopis ſicut exp̄ſſe habetur de conſe. di. ii. Ego Berengarius Sed ne putēt ſimplices omnino eſſe impoſſibile idem corpus ſimul eſſe i celo localiter et in altari ſacramentaliter. Uel etiā in diuerſis altaribus. Audiant quid legimus de beato Ambroſio Dicē eñ cum Mediolani diuina celebraret aliꝗtuluꝫ obdormiuit quo tp̄e pendēte inuiſibiliter Turonas petijt et ibi celebrare a cūctis qui aderant viſus eſt exequias quondam peculiaris eius in domino amici beati Martini: qui illa tempeſtate deceſſerat. Et ita ſimul fuit Mediolani et Turonis. Nullus ergo in dubium vertere debet quin chriſti corpus ſacratiſſimum diuina virtute poſſit ſimul eſſe in diſtinctis altaribus. Pro quo notande ſunt alique veritates.

A ¶ Prima veritas diuina diſpenſatione conueniēter factum eſt vt ipſum chriſti corpus ſub ſpecie panis latitaret in hoc venerabiliſſimo ſacramento. Cuius ratio eſt: quia nullus pre nimio horrore eū ſumere auderet ſub ꝓpria forma et effigie. ¶ Nota hiſtoriam pulchram de beato Uictore: qui cum diuina celebraret ſacra hoſtia cōuerſa eſt in effigiem paruuli ſubridentis et dicentis ſancto viro Uictori. Uictor māduca me: al's nō habebis partem mecū. Qui cum audiſſet hunc ſermonem magis timuit. Propterea rogauit humiliter dictū infantulum cuꝫ maximo cordis deſiderio vt ſe transferret in priſtinam formam: propterea ꝙ abhorreret euꝫ ſumere in ſpecie tali: quod cum factum fuiſſet ipſuꝫ ſacramentū ſanctiſſimus vir deuote et cum vberimis lachrymis ſumpſit.

B ¶ Secunda veritas. Tanta eſt immenſitas claritatis corporis chriſti glorioſi aſſertoris humani generis: ꝙ neqꝫ a nobis mortalib⁹ creaturis videri poſſet in hoc ſacramento: ſi talis qualis eſt in celo nobis appareret. Cu⁹ ratio

eſt: quia ſi id qđ videtur ma-
gis ineſſe non ineſt: neqȝ illud
quod minus: ꝓut dicit maxi
ma thopicalis. Sed magis vi
detur poſſibile ꝙ filij iſrl' po-
tuerūt videre faciē moyſi de-
ſcendentis de monte cū tabu-
lis: et ſimiliter ꝙ tres apoſto
li potuerint videre chriſti hu
manitatē transfiguratā ꝗ ꝙ
poſſimus pro preſenti intue-
ri in hoc ſacramento humani
tatem chriſti glorificatā: et ta
m ē illi talia videre nō potue-
rūt: ſicut patȝ de primo Exo.
xxxiiii. ⁊ De.ii. Mat.xvii. igr
S ¶ Tertia vitas. Magis
expedit ſaluti aīarū noſtra-
rū ꝙ xp̄s velatus in hoc ſacra
mēto appareat ꝗ ꝙ in forma
ꝓpria. Patet quia meritū fi
dei tūc euacuaretur: qđ tamē
maximū eſt. Ut enī di. Greg.
Fides non habet meritū vbi
vel cui humana ratio prebet
experimentū. Itē vt habetur
xxiiii.q.i. Non turbatur. Fi-
des comprehēdit que ſunt ſu
pra rationem. Patet ergo ꝙ
ipſe chriſtus conuenienter vo-
luit inuiſibiliter ⁊ occulte in
hoc ſacramēto apparere. Sȝ
ſicut milites honorāt regem
ſub pallio occultatū ꝗuis ipȝ
non videāt ſic et in propoſito
tm̄ debemus honorare chri-
ſtum in hoc ſacramēto ꝗtū ſi
ipm̄ ſenſibiliter videremus.
Studeamus ergo ipm̄ debite
venerari ī terris vt ab ipo ho
noremur in celis. ⁊c.

Sermo vndecimus.

Vidi librū ſcriptū intus
et foris ſignatū ſigillis
ſeptē. Apocal'.v.
Beatus iohannes vidit tripli
cem librum.

Gñationis hūanalis.
vicȝ Incarnatiōis diuīalis.
Sctificatiōis ſacralis.

A ¶ De.i.libro loqtur Ma-
the⁹.i.c.d. Liber gñatiōis ihe
ſu xp̄i. In cuius quidē libri.c.
xi. legitur. ꝙ Salmon genuit
booz de raab. Ubi aduertēdū
ꝙ booz īterp̄tatur fortis ſiue
robuſtus: que quidem inter-
pretatio non immerito cōpe
tit tribus generibus pſonarū

Omnipotenti deo.
vidȝ Uiro iuſto.
Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur cōpe-
tit deo qui dicitur booz.i. for
tis ſm illud pſal'. Domin⁹ for
tis et potens dñs potens in p̄
lio: videlicet in myſterio īcar
nationis: in quo quidem p̄lio
ipſe victor euaſit: et diabolus
victus confuſibiliter eiectus
eſt ſcdm illud Johā. xii. Nūc
princeps mundi huius eijcie
tur foras: et hoc eſt ꝙ beatus
Joh. dicit in apocalip.xii.ca.
Proiectus inquit eſt draco il
le magnus ſerpens antiquus
qui vocatur diabol⁹ et ſatha
nas: qui ſeducit vniuerſū or-
bem: et proiectus eſt in terrā
et angeli eius.i. ſatellites ⁊ cō

plices ĩ malo cum illo plecti
ſunt vcꝫ in terram illã de qua
Job.x. Terrã miſerie ⁊ tene=
brarum vbi vmbra mortis et
nullus ordo ſed ſempiternus
horror inhabitãs. Et de hoc
longe ante ꝓphetauerat Eſa.
xl.ca, dicẽs. Dñs in fortitudi
ne veniet: et brachiũ eius dña
bitur. Non ergo immerito ve
nit ad incarnãdum in manu
forti ⁊ brachio extento: qꝛ ha
buit gerere forte bellum con=
tra illũ de quo ſcribit Job.ix
Si fortitudo queritur robu=
ſtiſſimus eſt. Item eiuſdẽ Job
xl. Non eſt poteſtas ſuper ter
ram que cõparetur ei: qui fa=
ctus eſt vt nullum timeret.
Propterea ipẽ xp̃s vt melius
caperet ⁊ ſuperaret cautiꝰ ipꝫ
draconem inferni abſcondit
ſub velamine hũane fragilita
tis immẽſam potẽtiam ſue di
uinitatis: ſm illũ Abacuc.iij.
Ibi abſcõdita eſt fortitudo eiꝰ
Nichilominꝰ tanta eſt forti=
tudo ipſius ꝙ ante faciẽ eius
ibit mors. Et egredietur dia=
bolus ante pedes eius. Dicat
ergo quilibet noſtrum ad dñꝫ
illud p̃s. Diligam te dñe for=
titudo mea dñs firmamẽtum
meum ⁊ refugium meum ⁊ li
berator meus. Ubi notãdum
ꝙ diuina fortitudo.
Bonos tãgit ipos corrigẽdo
Malos frãgit ipos puniẽdo.
Sctõs tegit ipos defendẽdo.
C ¶ De primo in p̃s. A for
titudine manus tue ego defe
ci in increpationibus ꝓpter
iniquitatem corripuiſti ho=
minem: et tabeſcere feciſti ſi=
cut araneam animam eius.
¶ De ſecundo ſcribit Eſa.ij.
Introibunt in ſpeluncas pe=
trarum ⁊ in voraginem terre
a facie fortitudinis dñi cum
ſurrexit percutere terram: ſcꝫ
in iudicio. ¶ De tertio ſcri=
bitur ĩ p̃s. Dñs fortitudo ple
bis ſue: et ꝓtector ſaluationũ
xp̃i ſui eſt. Item alibi Deduxi
ſti me qꝛ factꝰ es ſpes mea tur
ris fortitudĩs a facie inimici.
D ¶ Secundo dicta inter=
pretatio huiꝰ nominis Booꝫ
conuenit viro iuſto: qui meri
to dicitur Booꝫ id eſt fortis.
Nam iuſtus quilibet eſt for=
tis ad reſiſtẽdum contra pec=
cata: ad ſufferendum equani=
miter aduerſa: et ad aggrediẽ
dum ardua et difficilia in via
dñi. Sicut eñ ille athleta qui
ĩ ſtadio habet pugnare debet
habere magnã fortitudinem:
et ſimiliter columna que ma
gnum pondus debet portare
Item et viator ſeu curſor qui
magnum curſum habet perfi
cere. Hec ⁊ his ſimilia debent
habere magnam fortitudinẽ.
Ita in propoſito homo iuſtꝰ
debet eſſe valde fortis virtute
et gratia. Tum qꝛ poſitus eſt
in ſtadio pugne preſentis vite
ad pugnandum contra mũdi
rectores tenebrarum harum

tum qꝛ habet multa pati adꝫ uerſa. tum qꝛ habet magnum viagium ⁊ peregrinationem facere: vcʒ de hoc mūdo ad celum. Propterea paulꝰ Heb. xi. Enumeratis ibi multis viris iuſtis ⁊ ſanctis dicit ꝙ fortes facti ſunt ī bello: et caſtra verterūt exterorum. i. diſſipauerunt munitiones ⁊ fortalitia vitiorum ⁊ demonum.

E ¶ Sʒ dicet forte aliquis Non poſſum eſſe ita fortis vt poſſim omī malo reſiſtere: et in bono pſeuerare: quale igit̄ reſtat michi remedium? Reſponſio. Triplex ad hoc datur remedium ſpūale ſicut et his qui ſe ſentiunt debiles viribus corporeis triplx̄ datur remedium corporale.

¶ Primū em̄ remedium corporale cōtra debilitatem corporis eſt fulcimentum baculi Homo em̄ ex ſe debilis: cū auxilio baculi fortioꝛ efficit̄: et quādo laſſitudine pꝛemit̄, ſuper ipm̄ baculum accubat ſe. Sic ⁊ vir iuſtꝰ ſi timet de propria fragilitate accipiat baculum crucis: ⁊ ſup illo ſe appodiet ⁊ pauſet per ipſiꝰ paſſionis deuotam meditationem: ſecūdum ꝙ conſulit apoſtolꝰ Heb. xij. dicens. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus: ſupple iudeis ⁊ gētilibus, aduerſus ſemetipſum contradictionē: vt non fatigemini animis vr̄is deficiētes. Deinde ſubdit magnum verbum contra eos qui conqueruntur ſi quid quantuncunꝙ etiam parum patiuntur propter xp̄m aut querelam eius. Non em̄ inquit adhuc vſ ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes.

¶ Secundum remedium qḋ datur debilibus corporaliter eſt frequēs ſumptio cibi ⁊ potus cum debita menſura. Ita et ad fortificandum aīas noſtras in amore dei ⁊ celeſtium bonorum ſummum remediū eſt frequēs ſumptio cibi ⁊ potus ſacramentalis: quia vt dicit ps. Panis: ſupple ſacramentalis coꝛ hoīs debilis: ſcʒ in via mandatorum dei confirmet. Figuram habemꝰ de Helya. iij. Regum. xix. qui alimentatus pane angelico myſterio ſibi allato ⁊ preparato refocillatus eſt: cū prius valde debilis eſſet: intantū ꝙ ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus. Per illum autem panem recte prefigurabatur panis ſacramentalis qui reficit et corroborat debiles: ideo deuoti et iuſti frequenter debent illum recipere.

¶ Tertium remedium quod preſtatur debilibus corporaliter eſt recurſus ad locum tutum: ſicut videmus ꝙ ingruētibus bellis homines retrahunt ſe ad loca munita vt po-

te ad ciuitates caſtra et forta
litia. Ita ꝛ qui ſentit ſe debi-
lem ad reſiſtendum malo de-
bet recurrere ad deum, et ad
ſanctos eiꝰ per deuotam ora
tionem: et generaliter ad to-
tam eccleſiam triumphātem
que eſt velut caſtrum fortiſſi-
mum protegens omnes quot
quot ad ipſum refugiunt.
Propterea dicebat regiꝰ pro
pheta dauid in perſona cuiuſ
libet tentati. Leuaui oculos
meos in montes: id eſt in ſan
ctos qui habitant in montibꝰ
eternis. vnde veniet auxiliuꝫ
michi. Tamen principale au
xilium quod poteſt nobis in
de prouenire eſt illud de quo
ſubditur Auxilium meū a do
mino. vnde Prouerbiorum
viij. Turris fortiſſima nomē
domini: ad ipſam currit iu-
ſtus et exaltabitur. Reſuma-
mus igitur vires: et labore-
mus fortiter pro obtinenda
illa celeſti gloria: ſecundum
ꝙ nos admonet ſpiritusſan-
ctus. ij. Regum. ij. dicens. Cō
fortētur manus veſtre: et eſto
te filij fortitudinis. Sꝫ proch
dolor pauci ſunt qui velint eſ
ſe fortes in his que dei ſunt:
quinimo quo ad talia ſe excu
ſant: allegantes ſuam debili-
tatem: ſicut patet de illis qui
excuſāt ſe de ieiunio: peregri-
natione: etiam oratione ꝛ hu
iuſmodi. Sed attendere de-
bent ꝙ difficile erit eis reſiſte
re potentie diaboli in articu-
lo mortis. Maxime cum di-
cat pſalmiſta in perſona mo-
rientis. Irruerunt in me for-
tes. Et alibi. Fortes; ſcilicet
demones queſierūt animam
meam.
¶ Tertio dicta interpre-
tatio conuenit virgini Ma-
rie: que dicitur Booz: id eſt
fortis. Unde de ea poteſt in-
telligi illō Prouer. xxxi. Mu
lierem fortem quis inueniet;
ſup. talem qualis eſt vgo ma
ria. Nam ipā fuit adeo fortis
ꝙ contriuit caput ſerpentis.
Geū. iij. Ipa ꝯteret caput tuū
Propterea fuit prefigurata
in Judich: que caput holofer
nis ī cubiculo amputauit. Ju
dich. xiij. Item ipſa fuit adeo
fortis ꝙ ex omni parte deuі-
cit peccatum ne in ea domina
retur: ſecūdum illud Geū. iiij.
Subter te erit appetitus tuꝰ
et tu dominaberis illius. Itē
fuit adeo fortis ꝙ vbi colum-
ne eccleſie eeciderunt, ipſa ſo
la ſolida permanſit in fide: ſe-
cundum illud Johannis. xix.
Stabat iuxta crucē mater ie-
ſu. Poſſumus ergo de ea di-
cere illō prouer. xxxi. Manū
ſuam miſit ad fortia. ꝛc.
SEcūdus liber dicitur in
carnatiōis diuinalis: de
quo ſubditur ſcriptum intus
et foris. Ubi per ſcripturā in
teriorem intelligitur vetus te
ſtamētum: in quo inuenimus

duo magna teſtimōia de hac ſanctiſſima incarnatione.
G ¶ Primo vnā figurā que habetur Dañ.xiiij. vbi legitur q̄ cū ipſe Daniel eſſet apd̄ Babyloniā in lacu leonū, trāſlatus eſt vſq; ad eū Abacuc de iudea vna cū prādio qđ deferebat meſſoribus ſuis. Intrauit aūt abacuc locū carceris et inde exiuit ſine apertione. Inſuper vt ibi habetur ipē daniel a leonibus minime eſt tactus ſeu leſus. Ad ppoſitum per Abacuc qui interpretat̄ luctator fortis ſignificat̄ xp̄s qui luctatus eſt cōtra diabolum . tū in deſerto poſtq̄ ieiunauit. tum in monte caluarie quādo de eo per mortē triūphauit . tum in limbo qñ portas inferni cōfregit. Per danielem aūt qui interpretatur cauſa dei intelligit̄ genus humanū: cui⁹ peccatū fuit cauſa occaſionalis deſcēſus filii dei ī mūdū. Iſte aūt pauper ⁊ deſolatus daniel olim erat ī lacu leonū qñ erat ſub poteſtate demonū Ad iſtū igit̄ captiuū Danielem miſſus eſt ppheta ille magnus abacuc .i. dei filius cū prādio illo ſue immēſe diuinitatis : quo ampliſſime reficit angelos in celis: angelo tñ gabriele preuio q̄ eius aductū nūciauit virgini marie. Tunc ergo deſcendit iſte abacuc in foueam leonū quando filius dei deſcēdit viſibiliter in hūc mūdum. Uenit aūt de iudea que interpretatur confeſſio: in babyloniā que interpretatur cōfuſio: quādo deſcēdit de celo vbi eſt cōtinua confeſſio diuine laudis: ⁊ venit in hanc vallē miſerie: vbi eſt abūdās cōfuſio pctōrum. Sed aduertēdum eſt q̄ ſicut abacuc clauſo carcere intrauit ⁊ exiuit: ſic ⁊ dei filius ſuā digniſſimam matrem reliquit incorruptum poſt partū ſicut ante partū extiterat. Et hoc eſt qđ canit eccleſia. Deſcēdit de celis deus verus a patre genit⁹ introiuit in vterum virginis: nobis vt appareret viſibilis: indutus carne hūana : a protopparēte edita : et exiuit per clauſam portā : deus ⁊ homo lux ⁊ vita: cōditor mūdi : tāq̄ ſponſus pcedens de thalamo ſuo. Leones aūt ī lacu leonū ſignificāt vniuerſitatē demonum vel etiā pctōrum que in nullo valuerūt cōtingere dñz ieſum xp̄m. O igitur viſitatio ſtupēda ⁊ admirabilis. O natiuitas gaudioſa ⁊ venerabilis. O pfunda humilitas ⁊ amabilis. Quis vnq̄ audiuit talia: quis hec excogitare potuit? Sed certe hec ſunt opera tua deus : apud quem non eſt impoſſibile omne verbum O q̄tum debem⁹ gaudere in dño ſuper tanto bñfictor ſum mas gratias illi referre. Sed dicunt quidam. Etiam pater

multū veneramur hāc glorioſam incarnationem: ob cuius honorem comedimus bonas carnes dieb⁹ ſabbatinis que mediant inter diem natiuitatis dñi ꝛ feſtum purificatiōis Illis ei dieb⁹ pre ceteris epulamur cū bonis caponib⁹: becacijs: ancerībus craſſis: et vinis optimis: feſtiuātes beatā virginē in ſuo puerperio: gallice en ſa geſine. Sed illis reſpōdeo ꝙ relinquo eos in ſua inueterata conſuetudine: dūmodo a ſuperfluo ſibi caueāt et ab omni ſuperſtitione. Nouerunt tamen ꝙ beata virgo in talibus non delectatur: ſed magis in ieiunijs ꝛ abſtinentijs que fiūt tali die ob reuerētiam ipſi⁹. Nec talib⁹ epulis veſcebatur in puerperio ſuo.

¶ Secūdo inuenio vnā prophetiam de dñica incarnatione infra hunc librum veteris teſtamēti que habetur Deut. xviij. Ubi legitur dñm dixiſſe ad Moyſem. ꝓphetam ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuorum ſimilē tui: et ponam verba mea in ore ei⁹: loqueturꝙ ad eos oīa que precepero illi Qui aūt verba ei⁹ que loquetur in noīe meo audire noluerit/ego vltor exiſtā. Ubi glo. interl. perpetua pena vindicans. Similiter eadē glo. exponit hunc paſſum: cum glo. ordi. ad litterā de xp̄o ſic di. Prophetam: id eſt chriſtum qui fuit dñs ꝓphetarum: de quo iudei aliquando dixerūt Hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mundum. Suſcitabo eis: ſcꝫ iudeis. de medio fratrum ſuorum: id eſt de ſemine dauid. Heb. ij. Semen abrahe apprehēdit. Item hic eſt ꝓpheta de quo mulier ſamaritana Johan. iiij. Domine vt video propheta es tu. Item de quo loquebant̄ duo diſcipuli eūtes in emaus quādo reſponderunt dicētes. De ieſu nazareno qui fuit vir propheta potens opere ꝛ ſermone Luce. xxiiij. Nota quomodo hic propheta prophetauerit multipliciter: vcꝫ de paſſione ꝛ reſurrectiōe ſua: de deſtructione ciuitatis hieruſalē de conſummatione ſeculi: de reprobatione malorum ꝛ electione bonorum: et hmōi.

¶ Secūdo iſte liber ſcriptus eſt foris ꝗtum ad nouum teſtamentum: in quo inuenim⁹ ſcriptum Mathei. i. ꝙ cū Joſeph videret virginem Mariam grauidam voluit occulte dimittere eam. Ad quem venit angelus dñi in ſomnis decens. Joſeph fili dauid noli timere accipere mariam cōiugem tuā. Et ſubdit cauſam dicens. Quod enim in ea natum eſt/de ſpirituſancto eſt: et ideo ne ſuſpiceris ꝙ de alio viro ſit. Ut exponit glo. interl. Pariet autem filium

non filios. et vocabis nomen
eius ieſum. gloſa interl. Non
impones quod ab eterno im
poſitum eſt. Deide ſubdit cau
ſam huius nominis. Jpe eniꝫ
ſaluum faciet. interl. quod ſo
lius dei eſt. Populum ſuum.
interlin̄. quos predeſtinauit
a peccatis eorum. interl. que
ex eis ſunt.

¶ Jn his autem verbis euan
geliſta notat primo incarna=
tionis ſublimitatem: cū dicit
Quod enī in ea natum eſt de
ſpiritusancto eſt. Secūdo ma
rie ſingularem prerogatiuā:
quia pariet filium: ſcꝫ dei pa=
tris ⁊ ſuum: quod nulli alteri
mulieri conceſſum eſt. Tertio
incarnatiōis vtilitatem: quia
ſaluum faciet populū ſuū. ⁊c.

¶ Dn̄s Hugo cardinalis ex
ponens hunc paſſum morali
ter dicit ꝙ per Joſeph ſignifi
catur quilibet penitēs: ſeu po
tius peccator q̄ timet aggre=
di penitentiam attendēs diffi
cultatem et arditatem ipſi⁹
et ideo vult occulte dimittere
eam. Sed venit ad eum ange=
lus dn̄i: id eſt diuina inſpira=
tio et monitio di. ei. O pau=
per peccator noli timere acci
pere mariam: id eſt amaram
penitentiam coniugem tuam
id eſt ne timeas te illi coniun
gere ex corde: tum quia pul=
chra eſt ⁊ formoſa: et macula
non eſt in ea. tum quia diues
Nam omnia bona venient ti=
bi pariter cum illa. tum qꝛ ge
neroſa: nam ipſa eſt ſecunda fi
lia dei. Prima autem eſt in=
nocētia quam oppreſſiſti pec=
cando: et ideo tibi offert gra=
tia iſta que eſt ſoror eius. No
li ergo timere accipere eā con
iugem tuā. Qꝛ ſi queras quo
modo poteris cum ea contra
here. Reſponſio. Per contri
tionem inchoabis matrimo=
nium: per confeſſionem ratifi
cabis ipſum: et per ſatiſfactio
nem conſūmabis totum. Ne
inꝙ timeas: quia quod in ea
natum eſt: id eſt bonum ꝓpo=
ſitum quod in te iam natū eſt
ad emēdandum vitam tuam
et ad penitendum, de ſpiritu
ſancto eſt: et ab eo eſt. Sic enī
eſt omnis qui natus eſt ex ſpi
ritu Johannis. iij. Ex iſta au=
tem generoſa coniuge naſcun
tur optime ⁊ pulchre proles:
videlꝫ cordis mundicia: ſpes
de adipiſcenda gloria: inte=
rior leticia: operatio merito
ria: et huiuſmodi. vnde Pſal
miſta. Filij tui ⁊ ſimiliter fi=
lie tue ſicut novelle oliuarū
in circuitu menſe tue. Peni=
tentia enim habet fruct⁹ ſuos
tanꝙ proles: in quibus dele=
ctatur. Hanc igitur coniugem
amplectemur: quia fecūda eſt
valde: ſecundum illud Pſal=
miſte. Uxor tua ſicut vitis a=
bundās: in lateribus domus
tue: id eſt in interioribus con
ſcientie tue.

¶ Modus aūt quo hec ſancta incarnatio facta eſt patere poteſt in rebus exteriori bus ꝛ pſertim in rectore vniuerſitatis Pariſienſis. Pro quo aduertendum ꝙ vniuerſitas Pariſienſis cōtinet ſub ſe .iiij. facultates: vcꝫ artiſtarū: medicorum: iuriſtarum: ꝛ theologorū: que omnes ſubſūt vni capiti: vcꝫ rectori: cui obtemperare habent omnes ꝛ ſinguli de vniuerſitate: qui tamē aſſumitur ſemper de infima facultate: videlicꝫ artiſtarū: q̄ quidem facultas ꝛ ſi ſit ordine infima non tamen in honore potiſſime rectorie dignitatis. Unde artiſte dicere poſſunt. Letemur ꝛ gloriemur qꝛ rector ſēper eſt de noſtris ꝛ de cetu noſtro. Ad propoſitum iſta vniuerſitas eſt multitudo angelorū ꝛ hominū: cuius .iiij. facultates ſūt tres ierarchie angelorū ierarchia ꝛ hoīm: ꝛ iſta facultas hominum q̄uis videatur ordie nature infima ꝛ ſub āgelis: ſm illud Pſal. Minuiſti eum: ſcilicet hominē paulominus ab angelis: tamē in honore pcellit omnes facultates angelorū in hoc: ſcꝫ ꝙ ille qui eſt rector vniuerſorū iheſus chriſtus aſſumptus eſt de ea ꝛ non de alijs ſuperioribꝰ ierarchijs āgelicis: ꝛ hoc eſt ꝙ dicit Paulus Hebre. ij. Semen abrahe apprehendit: angelos autē nuſꝙ̄ apprehendit. Et hoc eſt quod ſubdit Pſalmiſta vbi ſupra. Gloria ꝛ honore coronaſti eum ꝛ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarū. Licet igitur in alijs natura humana ſit inferior angelica: tamen in honore rectorie nō eſt infima ſed ſuprema. Iſte autē rector venit in hunc mundum vt liberaret ſcholarē ſuum captiuū. i. humanum genus in carcere peccati ꝛ in captiuitate diaboli detentum: ſm illud Luce. xix. Uenit filius hominis querere ꝛ ſaluum facere quod perierat. Item finaliter deſcendit in illum carcerem tenebroſū ꝛ ſubterraneum limbi ꝛ quotquot ibi de ſuis inuenit eduxit inde ꝛ liberauit. Et hoc eſt quod ſancti illi patres olim petebāt dicentes. O emanuel rex et legifer noſter veni et educ vinctum de domo carceris et vmbra mortis. Moraliter hic inſtruimur ꝙ ſi velimus peruenire ad illas ſūmas celeſtes dignitates neceſſe habemꝰ priꝰ in pſenti hūiliari quia ſcd̄m dn̄i ſententiā Luce. xiiij. Omnis qui ſe humiliat exaltabitur ꝛ Luce primo. Depoſuit potentes de ſede ꝛ exaltauit humiles.

Tertius liber dicitur ſctificationis ſacramētalis qui ſignatus eſt ſigillis ſeptē: id eſt ſeptem ſacramentis.

Unde pſequẽdo ſecũdũ ſigillum inuenim⁹ ſub iſto ſigillo vnũ ſecretũ magnũ a ſeculis abſconditũ: vez. Quot ꝛ ſi ſpecies ille ſacramentales corporis xp̄i veraciter diuidantur frangantur ac dentibus terãtur: in nullo tamen diuiditur aut frangitur: ſeu leditur xp̄i corpus: ſed im paſſibiliter ſumitur. Iſtud ſecretum ponit doc. ſan. iij. par. que. lxxvij. arti. vij. Quod quidẽ ſecretum aperitur dupliciter.

I ¶ Prio claue figuralis declarationis. Legitur eñ Exodi. iij. ꝙ cum moyſes paſceret oues ſoceri ſui ietro circa mõtem dei oreb: ecce apparuit ei dñs in flãma ignis de medio rubi. Uidebat autẽ ſenſibilit moyſes rubũ ardentẽ ſed non comburentẽ: quod admirãs dixit. Certe volo ſcire quid ẽ hoc ꝙ rubus ardet ꝛ non cõburitur quia nũꝗ vidi aliqd ſimile. Cum ergo appropinquaret dominus locutus eſt ei de medio ignis. ꝛc.

¶ Ad propoſitũ ꝑ moyſen ꝗ interpretat aſſũptus de aqs ſignificatur quilibet fidelis ꝗ aſſumpt⁹ eſt de aquis fontis baptiſmatis. Hic aũt moyſes debet aſcendere montẽ ſancte contemplatiõis ꝛ videre oculo fidei rubum ardẽtem ꝛ nõ cõburentem inter manus ſacerdotis. Rubus autẽ iſte eſt dei filius homo factus qui totus ignitus eſt ꝛ ardens igne charitatis in deſiderando noſtram ſalutẽ. Unde qui olim dedit nobis vitam ſuam ex abundantiſſima charitate ſua in cruce moriendo: nunc dat nobis ſuum corpus ꝛ ſanguinem ſacramentaliter nos reficiendo: ſine tamẽ aliqua ſui diuiſione aut leſione: qꝛ omnes ille actiones reales ꝛ naturales que ibi fiunt ad ſpecies exteriores terminantur: ꝛ non ad ipſum xp̄i corpus qđ nõ eſt ibi modo naturali ſed tantum ſacramentali. Exemplũ habem⁹ in imagine in ſpeculo repreſentata que minime frangit ad fractionẽ ipſi⁹ ſpeculi: ita ꝛ in ꝓpoſito.

¶ Secundo iſtud ſecretũ aperitur claue auctoritatiue probationis. Auguſtin⁹ enim exponens illum paſſum Iohã. vj. Caro non ꝓdeſt quicꝗ di. Quot iſtud intelligitur ſecũdum illos qui carnaliter intelligebant veritatem huius ſacramenti. Carnem inquit ipſe Auguſtinus: Quippe ſic intellexerũt quomodo in cadauere dilaniatur aut in macello venditur. Patet ergo ꝙ xp̄i corpus in hoc ſacramento non dilaniatur non diuiditur non leditur. Item dicit idem Auguſtinus ꝛ recitatur de conſecratione diſtin. ij. qui manducat. ꝙ quando manducamus xp̄i corpus partes

de illo non facimus: licet bene partes de ſpeciebus ſacramētalibus faciam⁹: vbi dicit glo. ꝙ ipſum ſacramentum .i. ſpecies ſacramentales per ptes diuidimus: ſed non ipſū xpi corp⁹. Item beat⁹ Thomas in officio huius ſacramēti ſic inquit. Manducatur ita ꝙ xpi corpus a fidelibus ſed minime laceratur: quinimo diuiſo ſacramento ſub quali bet diuiſionis particula integraliter pſeuerat: lacerantur tamen ⁊ diuidūtur ipſe ſpecies ſacramētales. hoc tñ cum maxia reuerentia ⁊ non cū importuna feſtinatione faciendum eſt ſicut ſolent facere nō nulli ſacerdotes qui etiā ruſtico more maſticāt ipſas ſpecies: ⁊ quaſi more canino deuorant: euacuant quoqꝫ ſpecies calicis ad inſtar pot⁹ cōmunis. Eſt ergo reuerēter tractandum ⁊ deuote ſuſcipiēdū tam venerabile ſacramentum Et hoc ꝓpter tres glorioſos effectus quos operatur ſpiritualiter in illis ꝗ ipſum deuote ſuſcipiunt: quos quidem effectus aſſignat do. ſan. par. iij. que .lxxix. qſ per totū.

K ¶ Prim⁹ igit̃ effect⁹ eſt gratificatio. Nam iſtud ſacramentū cōfert gratiā omnibus illis ꝗ deuote ipſum ſuſcipiūt Etiā qđ maius eſt qñdoqꝫ cōfert grām añ actualē ipi⁹ perceptionē: vtpote cū quis ꝓponit firmiter ipm̃ ſuſcipere dolendo de pctīs ſuis ꝓpter ipſius reuerētiā. Ipſis aūt iam iuſtificatis auget gratiā. Et ideo nō immerito vocat̃ hoc ſacramētū euchariſtia: qꝛ euchariſtia idem eſt ꝙ bona grã vt habet̃ .j. queſti. j. multi. Et eſt euchariſtia nomē grecum.

L ¶ Secūdus effectus huius ſacramēti ē remiſſio. Primo enim remittit certam portionem pene tempalis debite Quātum aūt remittat de illa pena eſt nobis omnino incertū. Secūdo remittit venialia peccata ⁊ preſertim quibus ſuſcipiens non afficitur. Unde dt. Ambro. ⁊ recitatur: de cōſe. diſtin. ij. ante benedictionem Qui mādu cauerit hoc corp⁹, fiet ei remiſſio pctōꝝ: qđ glo. exponit de remiſſiōe venialiū pctōꝝ. Nō eſt tñ neceſſe oīa venialia remitti per quālibet ſuſceptionē hui⁹ ſacramēti: ſꝫ ſcđm ꝙ magis vel min⁹ quis deuote accedit ad ipm̃ ſacramentū: ſecundū hoc plura vel pauciora venialia ei remittūtur. Ideo ſic orat eccl'ia in quadam collecta di. Purificent nos q̄s dñe ſacramenta q̄ ſūpſim⁹ ⁊ pſta: vt hoc tuū ſacramentū nō ſit nobis reatus ad penā ſed interceſſio ſalutaris ad veniā ſit ablutio ſcelerum .i. venalium peccatorum. Uel ſcelerū .i. reliquiarū relictarū poſt remiſſionē pctōꝝ mor-

talliū. q quidē peccā pprie dicū tur ſcelera. Tertio remittit in caſu mortalia oblita: ſm q Bt. d.ſ.iij.p.q.lxxix.art.iij.ver bi grā. Eſt aliquis qui habet aliqua mortalia de quibus at teritur ſatis tenue ⁊ remiſſe ⁊ cū hoc de illis cōfitetur: in il lo caſu de attrito nō fit cōtri tus per actualē abſolutionē ſacramētalem: ſaltē nō eſt ne ceſſe. In illo aūt caſu talis eſt in mortali pctō cū accedit ad ſacramētū altaris ⁊ tamē vir tute huius ſacramēti remitti tur ſibi mortale peccatū ſal tem oblitū igit. ⁊c. Terti⁹ ef fectus hui⁹ ſacramenti eſt ſa tiſfactio. Nam iſtud ſacramē tum eſt ſatiſfactoriū in virtu te paſſionis xp̄i que in eo ma xime repreſentatur. Prodeſt enim iſtud ſacramentū p mo dum meriti ſacerdoti celebrā ti ⁊ ipſum ſuſcipienti: ſed pro deſt per modum ſatiſfactiōis: illi ad cuius intentionē offert deo prī ipſū ſacramētū ⁊ hoc ſuppoſita diſpoſitiōe in eo: ſi ue vitā agat in humanis ſi ue debitum ſoluerit vniuerſe carnis: cuiuſmodi ſunt anime exiſtentes in penis purgato rij. Multū igit pdeſt miſſa rū celebratio ad eleuationē penarū purgatorij: q² vt ha. de con. di. ij. capit. Nichil. Ni chil in ſacrificijs mai⁹ eſſe po teſt q̄ corpus ⁊ ſanguis xp̄i: nec vlla oblatio hac potior ē: ſed omnes hec p̄cellit q̄ pura cōſcientia dn̄o offerenda eſt: ⁊ pura mente ſumenda atq̧ ci bus veneranda: hec ibi. Ha bet aūt ⁊ alios effectus iſtud ſacramentū in digne ſuſcipiē tibus de quib⁹ tractat beat⁹ Thomas vbi ſupra: ſed breui tatis cauſa ptranſimus ad p̄ ſens. Hoc vnum ſolum notan tes q ſicut filij iſrael q̄diu in deſerto fuerūt celeſti paſcebā tu. alimēto quod tn̄ eis defe cit q̄ primū intrare ceperunt terrā pmiſſionis. Ita ⁊ hoc ſacramentū viatorū eſt cuius vſus deficiet in celo: ⁊ ideo a viatoribus ſūma veneratiōe frequentandū eſt: quaten⁹ ip ſam veritatem ſub his figuris latitantē tandē vnde poſſint in celo cōtemplari. ⁊c.

¶ Sermo duodecim⁹.

Vidi librum ſcriptū intus ⁊ fo ris ſignatum ſigil lis ſeptē Apocal. v. Beatus Johan. vidit triplicē lib. vez. Generationis humanalis. Incarnationis diuinalis. Sāctificatiōis ſacramētalis. A ¶ De primo libro loquit Mathe⁹ di. Liber gn̄ationis iheſu xp̄i. In cui⁹ libri capit. xij. habet. Quot booz genuit obeth ex ruth. Ubi notandū q obeth interpretatur ſerui tor vel ſeru⁹: que quidē inter pretatio conuenit tribus ge

neribus perſonarum.

videlicet. Omnipotenti deo. Uiro iuſto. Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur dicta interpretatio conuenit omni potēti deo qui merito appellatur obeth .i. ſeruitor: ꝛ hoc ſecundum humanitatē. Nam poſtq̄ carnem aſſumpſit dixit: ꝙ non venit in hunc mundum miniſtrari ſed miniſtrare ꝛ dare aiam ſuam in redēptionem pro multis Mathei xx. Item de eo loquēs Pau. phi. ii. di. ꝙ formā ſerui accepit in qua fact⁹ ē obediēs prī vſq̄ ad mortē. Nonne formā ſerui induit ꝛ aſſūpſit qn̄ pedes diſcipulorū lauit. Item qn̄ p iudeā ꝛ galileā p̄dicabat egrotos ſanabat nūq̄d illis populis ſeruiebat ꝛ miniſtrabat: vtiq̄. Propterea tūc dicere poterat illud Luce. xxij. Ego ſū in medio vrm ſicut q̄ miniſtrat. Et ideo merito preſignatus fuit in ipō pr̄iarcha iacob: de quo legitur geneſis xxix. ꝛ xxx ꝙ ſeruiuit ſocero ſuo labā. vii. annis pro lya ꝛ alijs ſeptē p rachael quib⁹ ābab⁹ aſſūptis rediit ad ꝓpria. Ad ꝓpoſitū dn̄s nr̄ ihe⁹ xp̄s ſeruiuit deo prī in hoc mundo annis multis quib⁹ expletis rediit in celū vnde ꝓceſſerat cū duabus vxoribus q̄rū vna ꝛ q̄dē p̄dilecta fuit hūanitas ſua gl'ioſa: alia vero fuit vniuerſa multitudo ſ̄ctarū illarū aīarū q̄s de limbo eduxit ei ſecū in celū deduxit quo redeunte vtiq̄ dicere poterat deo prī: illud Pſalmi, Seruus tuus ego ſū ꝛ fili⁹ ancille tue .i. virginis marie q̄ ſe vocauit ācillā tuā qn̄ dixit angelo Luce .i. Ecce ancilla dn̄i. Itē ꝛ in celo nō ceſſat ipē xp̄s miniſtrare mēſis ſicut ante ꝓmiſerat diſcipulis ſuis Luce xxii. di. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pat̄ meus regnū vt edatis ꝛ bibatis ſuper mēſam meam in regno meo. Item eiuſdem Luce duodecimo. Precinget ſe ꝛ faciet illos diſcūbere ꝛ trāſiens miniſtrabit illis: ſcilicet electis ꝛ amicis ſuis.

C ¶ Secūdo dcā interp̄tatio cōuenit viro iuſto q̄ dicit obeth .i. ſeruitor: quia reuera iuſti reputāt ſe ſeruos dei: nec quidē inmerito. Illi em̄ milites qui capiūtur in bello iuſto: q̄ cū poſſent occidi ſi tamen preſeruant̄ a morte iuſto iure cōſtituuntur ſerui ſe captiuū. Ita in propoſito cum dn̄s noſter ihe⁹ chriſtus preſeruauerit nos a morte eterna atq̄ acquiſierit ſibi in bello quod geſſit in cruce contra diabolum nō immerito nos ſibi pleno iure vēdicauit in ſeruos: ꝛ ideo tenemur illi in omnibus obedire ꝛ volūtatē nr̄am ſue infallibili volūtati

Jn oībus ſubmittere ſecundū
illud Joſue.xxiiii. Nūc ergo
timete dn̄m et ſeruite illi cor=
de perfecto atqꝫ veriſſimo .Et
Luce.i. Seruiamus domino
in ſanctitate et iuſticia corā
ip̄o omnibus diebus noſtris.
D ❡Quod ſi q̄ras quō ꝛ q̄li=
ter ſit illi ſeruiendū. Jntelli=
ge ꝙ ad idoneū ſeruum iheſu
chriſti illa req̄rūtur ſp̄ualiter
que req̄rūtur in ſeruo princi=
pū aut nobiliū corꝑaliter. Jl
la aūt ſunt ſex. Primū eſt hi=
laritas ī facie et ſermōe. Pri
cipes em̄ huius ſeculi nō dili
gūt ſeruū triſtē ſed hilarē Sic
nec deus tales vult habere: q̄
ſeruiāt ſibi inuite et cū triſti=
tia animi: quia poti⁹ vt dicit
Apls.ii. Corinth.ix. Hilarē
datorē ſiue ſeruitorē diligit
deus. Et Pſal. Seruus autē
tuus letabitur. Debemus er=
go tāto dn̄o ſeruire cū cordis
leticia ꝛ ſpirituali gaudio: qꝛ
nō ſunt illi grata coacta ſerui
tia vt vult Grego. Scd̄m eſt
mūdicia exterior: q̄ em̄ vellet
ſeruire principi pollutis ma=
nibus cōfuſibiliter expelleret
Jta et deus cū ſit ip̄e fons pu
ritatis ꝛ mūdicie vult habere
ſeruos mūdos corde: quibus
dat benedictionē ſuā dicens
Math.v. Beati mūdo corde:
qm̄ ip̄i deū videbūt Propter
ea di. pſal. in ꝑſona dei. Am=
bulās in via immaculata hic.
.i. in eccleſia. Uel hic: id eſt in
religione. Uel hic.i. in eccleſia
militāte mihi mīſtrabat. De
hoc figurā habemus.iii. Reg
.x. de ſeruis regis ſalomonis
qui ita ornate et munde mini
ſtrabāt menſis ꝙ regina Sab=
ba cōuerſa eſt in ſtuporē et ad
miratiōnē. Perāplius aūt re
gi regū ſeruiendū eſt cū omni
mundicia cordis et aīe. Ter=
tiū eſt erectio. Uoluit em̄ dn̄i
tp̄ales habere ſeruos qui aſſi=
ſtant eis in menſa erecta facie
vt videre poſſint ſi aliq̄d deſit
de miſterio. Jta et deus vult
ꝙ eleuemus oculos cordium
noſtrorū in eū: vt ſciamus q̄d
ei beneplacitū ſit om̄i tempo
re. Unde poſtq̄ Pſal. dixiſſet
Ad te leuaui oculos meos: q̄
habitas in celis ſtatim ſubdit
Ecce ſicut oculi ſeruorū ī ma=
nibus dn̄orū ſuorū. Jta oculi
noſtri ad dn̄m deū noſtrū do
nec miſereatur noſtri. Quar=
tū eſt continuus tremor. Ser
uus em̄ aſſidue eſt in tremore
ne aliquid faciat aut dicat q̄d
nō placeat dn̄o ſuo. Jta ꝛ iu=
ſtus apd̄ deū. Un̄ puer. xxviii.
Beat⁹ hō qui ſemꝑ ē pauid⁹
Jtē pſal. Seruite domino in
timore ꝛ exultate ei cū tremo
re. Quītū quod req̄rūt dn̄i tē
porales in ſeruis ſuis eſt ꝓm
pta diligentia. Sic et nos de=
bemus eſſe ꝓmpti ad obtēpe=
randū mādatis dn̄i: vt d quo
libet noſtrū merito poſſit do
min⁹ dicere illud pſal. Jn au

ditu auris obediuit michi. Et nos vice verſa illi dicere illud Luce.xiiii. Dñe factũ eſt vt im paſti. Sextũ eſt honeſta vere-cũdia. Unde d̃ ſeruis Joachi viri ſuſanne legitur. Dañ.xiii ꝙ erubuerũt vehemẽter quã-do audierũt ſiniſtre loqui de Suſanna. Sic ⁊ ſeruos domi-ni decet verecundiã ⁊ honeſtã humilitatẽ. ſm illud Judith. viii. Humiliemus illi aĩas no-ſtras et in ſpiritu cõſtituti hu-miliato ſeruiẽtes illi dicamꝰ flentes dño: vt ſcd̃m volunta-tẽ ſuã ſic faciat nobiſcũ miam ſu ãcito Hec aũt fuerũt verba Judith ad ppl̃z tempoꝛe per ſecutionis Holofernis.

E ❡ Tertio dicta interp̃-tatio cõuenire põt virgini ma rie que merito põt dici obeth id eſt ancilla ⁊ miniſtra dñi ſe cundũ ꝙ ſeip̃am vocauit quã do reſpõdit angelo dicẽs. Ec ce ãcilla dñi. Luce.i. quaſi di-ceret. Fiat de me qd̃ erit bene placitũ coꝛã dño. Merito er-go dicitur eius ancilla ſeu mi niſtra: tum quia miniſtrauit ſibi illos puriſſimos ſangui-nes ex quibus foꝛmata eſt ip-ſius humanitas: tuz quia mi niſtrauit ſibi lac virgineuz et de celo miſſum cũ eũ ablacta-ret ſcd̃m ꝙ canit eccleſia. Ipſ regẽ angeloꝛũ ſola virgo la-ctabat vbere de celo pleno: tũ qꝛ totius humanitatis obſe-quia circa eũ paruulũ exerce-bat vt eſt illud Luce.ii. Pan-nis euz inuoluit et reclinauit in pꝛeſepio: quia nõ erat ei lo cus in diuerſoꝛio. Itẽ Math. ii. dꝛ ꝙ tulerũt xp̃m pntes eiꝰ vt ſiſterent eũ coꝛã dño: ſcilicz xl. die poſt natiuitatẽ Et ideo ipa merito dicere poteſt illud Eccli.xxiiii. In habitatiõe ſã-cta coꝛã ipſo ſupple filio meo miniſtraui. Et hoc de.i. libꝛo.

Secundus liber dicit in-carnationis diuinalis d̃ quo ſubdit in themate, ſcrip-tũ eſt intus et foꝛis. Intus q̃-dã q̃tũ ad vetus teſtamentũ. Foꝛis aũt q̃tũ ad nouũ. Intꝰ ergo inuenimꝰ duo magna te ſtimoĩa de hac ſanctiſſima in carnatione.

❡ Pꝛimo quidem reperimꝰ vnaz figurã: de qua Exod. .iii. Ubi legitur ꝙ dñs apparuit moyſi ⁊ dixit ei. Uidi afflictio nẽ ppl̃i mei: qui eſt in egypto et clamoꝛẽ eius audiui pꝛop̃ duriciã eoꝛũ: qui pꝛeſunt opi bus. Deinde paucis interpoſi tis ſequitur. Sed veni mittaz te ad pharaonẽ vt educas po pulũ meũ de egypto. Ad pꝛo poſitũ: iſta tempoꝛalis libera tio filioꝛũ iſrael per manum moyſi: figura erat future libe rationis totius hũane nature fiende per manũ filij dei ĩ foꝛ-ma hoĩs. Dixit ergo deus pa ter. Uidi. i. videre feci. Uel vi-di: ſcilicet oculo miẽ et pieta-tis: afflictionẽ ſpiritualẽ po-

puli mei.i. electorū qui eſt in egypto.i.in mundo: vbi ſunt multe tenebre. Vel in egypto .i.in ſeruitute demōis. Et clamorem eius audiui quo petit ſupple auxiliū a me et liberationem: propter duritiā eorū qui preſunt opibus/id eſt demonū qui preſidebāt mundo ante aduentū xp̄i dure et crudeliter ip̄m tractando. Tandem di.pater filio. Sed veni mittā te ad Pharaonē .i.contra demonē preliaturū cū eo: vt educas populuꝫ meum de egypto et adducas eū p mortem tuā in hanc terram ꝓmiſſionis lacte et melle manantē In his aūt verbis tanguntur plures cauſe dominice incarnationis.

F ¶ Prima eſt dei patris ad nos ſumma charitas ꝛ pietas: qꝛ dicit. Ro.v. Cōmēdat deus ſupple pater charitateꝫ ſuam in nobis: quia cum inimici eſſemus recōciliati ſumꝰ deo per mortem filij eius. Secunda cauſa eſt humana neceſſitas: quia afflictionem populi mei qui eſt in egypto. Nam ante filij dei aduentū nos oēs in eadem condemnatione eramus ꝛ in eadē ſeruitute a qua nos liberauit dei filius. Unde illi dicere poſſumus: et quilibet pro ſe illud Pſalmiſte. Saluaſti de neceſſitatibꝰ animam meam. Tertia cauſa eſt ſanctorū patrū deprecatiōis aſſiduitas ſibi et clamorē eius ſcilicꝫ cuiuſlibet ſancti patris ad me clamantis audiui. Unde aliqui dicebant iſtud pſal. Nūquid obliuiſcetur miſereri deus: aut continebit in ira miſericordias ſuas. Alij autē dicebant illud Pſal. Nunqd ineternū iraſceris nobis: aut extendes irā tuaꝫ a generatione in generationeꝫ. Et hoc eſt quod dicit ideꝫ Pſal. Clamauerunt ad dn̄m cum tribu'arentur: et de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tn̄bris et vmbra mortis et vincula eorū dirupit: qbus ſcilicet ligati tenebantur a demone. Quarta cauſa ē demonū ſeua crudelitas: qꝛ propter duritiaꝫ eorū qui preſūt opibus. Nam de quolibꝫ maligno ſpiritu ſcribitur Piere. vi. Crudelis eſt et non miſerebitur. Quīta cauſa eſt dei patris eterna ordinabilitas: qꝛ veni inquit pater ad filiū mittam te.ꝛc. Hoc enī proceſſit ex eterna eius preordinatione. Nā ab eterno ꝓuidēs futuraꝫ hūani generis ruinā ſimul ꝓuidit remediū cōtra illā. Notandū eſt aūt ꝙ in verbis predictis triplr nobis datur moralis et fructuoſa inſtructio.

G ¶ Prima eſt cū dicit Vidi afflictionē populi mei q̄ eſt in egypto et gemitū eius audiui. Per hoc moralr inſtruimur: ꝙ ip̄e dn̄s videt appro-

bãdo afflictionẽ penitentiũ et
gemitũ cordis eorũ audit: im
mo exaudit. Propterea dice
bat Psal. in pſona penitẽtis.
Afflictus ſuz et hũiliatus ſuz
nimis: rugiebã a gemitu cor-
dis mei Dñe añ te oẽe deſide
riũ meuz et gemitus me⁹ a te
nõ eſt abſconditus.

D ¶ Scda inſtructio eſt cuz
dicitur. Propter duritiã eo-
rũ qui p̃ſunt opibus, p quod
moraliter daꝛ intelligi: ꝙ op
p̃ſſio paupm a potẽtibus ⁊ di
uitibus valde diſplicet deo:
clamãs corã eo vindictã. Un-
de piiſſimus dñs qui eſt ꝓte-
ctoꝛ paupm conq̃ritur de cru
delitate potẽtũ magnatũ et
iudicũ cõtra eos dicens illud
Psal. Deuorãt plebẽ meam.
.i. pauperes ſicut eſcaz panis.
Tertia inſtructio eſt cũ diciꝛ.
Ueni mittã te ad pharaonem
vt educas pplm meũ. ⁊c.

J ¶ Per qđ moralr daꝛ in
telligi ꝙ null⁹ dz ſe ingerere
ad regendũ alios: ⁊ potiſſime
ad regimen aĩarũ niſi vocat⁹
a deo tanꝙ aaron: vt habetur
Hebre. v. Sed ꝓhdoloꝛ ho-
die fit totũ oppoſitũ i electio
nibus maioꝝ d'gnitatuz. Et
ſimiliter in collatione ſimpli
ciũ beneficioꝝ cum tamẽ hoc
ſit vetitũ ⁊ iure diuino et ec-
cleſiaſtico. Nam vbi fuerit ali
qua electio celebranda de fu-
turo paſtoꝛe aliquoꝝ voces
emũtur: alioꝝum voces extoꝛ
quẽtur minis et terroꝛibus:
alioꝝum voces mendicantur.
Olim eñ ancilla hoſtiaria in
troduxit petrũ in atriũ prin-
cipis ſacerdotũ: ſed hodie qđ
nequit facere ãcilla ſymonia
ſtica, efficit poteſtas tpalis et
tyꝛannica. Ceterũ ad hanc de
uenimus tẽpeſtatẽ vt etiaz p-
uulis adhuc ferme ad vbera
matrũ pedẽtibus ⁊ vix oronẽ
dñicã ſcientibus ꝓferre cathe
drales ⁊ inſignes ecclie prio-
ratus, archidyaconat⁹ et ab
batie committantur regende
cum tamẽ legamus ipm moy
ſem iam octogenariũ ſe mul-
tipliciter excuſaſſe cum a dño
vocaretur: vt eſſet dux popu-
li. Similiter et Aarõ erat oc
toginta triũ annoꝝ cum fa-
ctus eſt pontifex: ⁊ quãdo ce-
perunt loqui ad Pharaonẽ
vt habetur exp̃ſſe Exod. vij.

K ¶ Scdo infra hũc libꝛuz
veteris teſtamẽti iuenim⁹ vnã
ꝓphetiã đ dñica incarnatiõe
Scribiꝛ eñ abdie. i. auditum
audiuim⁹ a dño: legatũ miſiꝛ
ad gẽtes. Ubi glo. interl. Le-
gatus eſt xp̃us iheſus hõ: qui
mittiꝛ ad Nabugo. ⁊ exercitũ
eius: vt veiat ad deſtructionẽ
ydumeoꝝ. Et no. ꝙ ꝓphã loq̃
tur de futuro myſterio p mo
dũ p̃teriti ꝓpꝛ certitudinẽ ꝓ-
phie ſicut plerũq; ꝓphẽ loqui
ſolent. Fuit aũt iſte legatus a
latere dei pr̃is miſſus in hũc
mũdũ cũ pleĩtudĩe ptãtis ſm

illud Math.xxviij. Data eſt mihi omnis poteſtas ſupple a deo patre: in celo et in terra Nonne hac poteſtate ſue legationis fungebatur: qñ dixit muliere deprehenſe in adulterio. Ego te non condēnabo: vade et amplius noli peccare. Jo. viij. Itē quando dixit Magdalene. Remittūtur tibi peccata tua: vade in pace Lu.vij. Itē qñ dixit palytico. Confide fili remittuntur tibi peccata. Math.ix. Itē quando dixit latroni pendenti in cruce. Hodie mecū eris in paradiſo Luce.xxiij. Hāc aūt poteſtatē impertitus ē apl'is ſuis poſt reſurrectionē ſuā quādo inſufflauit et dixit eis. Accipite ſpiritū ſanctū quorū remiſeritis pctā remittentur eis. Joh.xx Et quorū retinueritis retenta erūt. Ibidem. Quia ergo mundus iſte ante aduentū filij dei plenus erat pene infinitis et enormibus exceſſibus et delictis. Omnis quippe caro corrupat viā ſuam et terra repleta erat iniquitate. Gene.vi Ideo opus fuit vt deus pater mitteret iſtū legatū ad terras ¶ Scdo iſte liber deſcribitur a Johanne fuiſſe ſcriptus foris qtū ſcz ad nouū teſtamentum. Nā Joh.xvi. dñs noſter ſic loquitur dicēs. Exiui a patre et veni in mundū; vbi glo. interl. Exiui carne ſumpta nō tñ pfem deſerui: iterum relinquo mundū: eadē glo. corpali diſceſſiōe nō gubernatiōe preſentie. Et vado ad patrē ſicut flumina illuc reuertuntur vnde fluūt. In his aūt vbis duo principaliter tangunt. Primū eſt chriſti maieſtas et ſublimitas: qr exiui a patre quo nihil altius. Scdʒ eius immēſa charitas ꝛ humilitas quia veni in mundū: quo nihil infimius. Tertiū aplorū lachrymoſa pietas: quia iterū relinquo mūdū. vnde ibi ſubditur Sed quia hec locutus ſum vobis triſtitia impleuit cor vrm Quartū aſcenſionis xpi ſublimitas: quia vado ad patreʒ Moraliter quilibet poteſt dicere poſt chriſtum. Exiui a patre ſupple celeſti: quo ad aīaʒ p creationē. Itē a patre terreſtri: quo ad corpus p naturalē gñationē. Et veni in mūdū miſerū, caducuʒ, fallacem: nō mūdū ſed immundū: qr plena eſt terra iniqtate ꝛ impietate ſua. Iterū relinquo mundū p mortē velim nolim ſed qñ neſcio. Et vado ad prem. ſ. celeſtē q me pceſſit vt paret michi locū et qui me ibi expectat cū tota illa curia celeſti ſecunduʒ illud Pſal. Me expectant iuſti donec retribuas mihi Iſta autem verba dicere poſſunt iuſti et electi: qui nihil purgabile habent: ſed ſuperedificāt aurum, argentum, et lapides pcioſos. Sed qs eſt hic et quis

talis ⁊ profecto laudabimus eum. Sed pctōꝛ amarus: ſuperbus: mūdanus ⁊ luxurioſus quādo appropiquat portas mortis poteſt dicere. Iterum relinquo mūdum quod michi ſupra modū graue eſt: et vado non quidem ad patrē quia peccādo degeneraui me ſed ad iudicem: et ideo valde timeo: et toto corde ⁊ corpore contremiſco. Taliter ergo viuam⁹ vt in articulo mortis cū dño noſtro dicere poſſimus Uado ad patrem.

L ¶ Modus aūt iſtius gratioſe incarnationis declarat in rebus naturalib⁹. Uidem⁹ enī ꝙ ortholan⁹ volēs de nouo inſerere arborem/pꝛio amputat ramos illius/ſolū trūcum arboris relinquens. Cui trunco facta aliqua parua inciſione apponit ramum alterius arboris cū vna maſſa terre: quo facto ſucceſſu tēporis adinuicem ſe coniungit virgula ⁊ trūcus ⁊ efficit arboꝛ vna Ad propoſitum ſic ſuo modo factum eſt in iſta ſancta incarnatione: in qua natura humana inſita eſt verbo diuino tanꝙ principali trunco. Facta eſt aūt vnio virgule ⁊ trūci: id eſt nature humane ⁊ diuine: mediante terra illa virginali: ſcilꝫ virgine maria: in cui⁹ vtero hoc myſterium cōpletum eſt. Inſertoꝛ aūt fuit ſpiritusſanctus qui hanc vnionem fecit: ſm illud Lu. i. Spiritusſanctus ſuperueniet i te. Et ſicut ortholani diligenter cuſtodiūt arborem nouiter inſitam ne deuoꝛetur a brutis et tranſeuntibus deuaſtetur. Ita et ſummopere debemus et cum omni diligentia ſuſcipere hāc incarnationem: ſm ꝙ nos admonet beatus Iacobus in ſua canonica. c. i. dicēs Abiicientes (inquit) omnem immundiciam: et abundantiam malitie ſuſcipite inſitū verbum: id eſt dei filiū: quod poteſt ſaluare aīas veſtras. Ergo libēter ſuſcipiēdum eſt et ſuſceptum diligenter cuſtodiendum. Uerbum abbreuiatum faciet dñs ſuper terram. Et nota abbreuiatum.

Tertius liber dicitur ſanctificationis ſacramentalis: qui ſignatus eſt ſigillis ſeptem. Unde adhuc ſub ſigillo ſecundo per quod intelligimus ſacramentum altaris inuenimus vnum magnum ſecretum. Uidelicet ꝙ non minus debet ſe preparare per verā penitētiam ad hoc ſacramētum volēs accedere: ꝙ qui ab hoc ſeculo habet migrare. Iſtud ſecretum ponit doctoꝛ ſan. iii. par. q. lxxx. articu. iiii. Quod quidem ſecretum aperitur duplici claue.

M ¶ Primo igitur aperitur claue figuratiue declarationis. Legitur enim. iiii. Re

gum.xxiij. q̄ Joſias rex iuda noluit oīno q̄ filij iſrael celebrarent phaſe dn̄o:niſi prius purgarentur ab ydolatria. Quod cum feciſſent amouentes ydola que erāt in templo dn̄i:et vaſa cū quibus fiebant ſacrificia ydolis. Comburentes etiam de mandato regis oſſa ſacerdotū ydolatrātium que erant in ſepulchris. Inſuper ⁊ occidētes alios ſacerdotes ydolatras quos adhuc ſuperſtites inuenerunt: et eos igne cremātes:in omni terra iude et ſamarie rediit Joſias in hieruſalem ⁊ dixit populo Nunc facite phaſe dn̄o deo veſtro. Erat autē phaſe feſtum valde ſolēne apud iudeos:qd̄ celebrabāt annis ſingulis ī recordatiōe liberatiōis de egypto. ¶ Ad propoſitum Joſias qui interpretatur:in quo eſt ſacrificium/ſignificat xp̄m qui ſeipſū obtulit deo patri hoſtiam immaculatā pro nobis miſeris peccatorib⁹. Hic aūt Joſias iubet vt purgem⁹ conſcientias noſtras ab ydolatria ſpirituali:id eſt ab om̄i peccato mortali. Item iubet vt ipſa ydola:id ē peccata crementur igne cōtritionis ⁊ cōfeſſionis:quibus peractis poterimus digne celebrare phaſe dn̄o accedendo ad hoc venerabile ſacramentum.

¶ Similiter de iſta preparatione ad menſam altaris aliā figurā habemus Exo.xvi. Ubi legitur q̄ filij iſrael non receperūt māna de celo q̄diu habuerūt de farina egypti in ſaccis ſuis. Sic nec poſſum⁹ recipere digne hoc ſacramētū niſi prius expurgatū fuerit vetus fermētū peccati per confeſſionē. Propterea nos hortatur apl's.i.Cor.v. dicēs Expurgate vetus fermētū vt ſitis noua conſperſio. ¶ Similiter legim⁹ Gen̄.xviij.q̄ abraham volēs reficere tres angelos in ſpecie peregrinoꝝ iuſſit primo illis lauare pedes:quibus lotis poſuit corā eis panem. Applicatio eſt facilis. Per hoc ei ſignificatur q̄ miniſter eccleſie:vtpote curat⁹, neminem debet admittere ad menſam altaris qui prius nō lauerit pedes affectionū ſuaꝝ. ¶ Scd̄o iſtud ſecretū aperit claue auctoritatiue ꝓbatiōis Dicit em̄ apl's loquēs de volentibus cōicare. Probet aūt ſeipſū homo:et ſic de pane illo edat et de calice bibat.i.Cor. ij. Item de conſe.di.ij.Nichil Dicit papa Alexander q̄ iſta oblatio corporis ⁊ ſanguinis xp̄i pura cōſciētia offerēda eſt ſcilꝫ ex parte miniſtri:et pura mēte ſumēda vcꝫ ex parte recipiētis ⁊ cōicātis:atq̄ ab oīb⁹ ſupple exiſtētibus venerandis. Sicut em̄ ſumere cibū de recēti anteq̄ prior fuerit digeſtus magis cauſat egritudinē q̄ va

litudinem. Ita ꝛ ſuſcipere hoc ſacramētum anteꝙ peccatum ſit totaliter digeſtū per cōtritionem ꝛ proiectum per confeſſionem, obeſt ꝛ non ꝓdeſt.

M ¶ Unde ad oſtendēdum ꝙ grauiter delinquunt qui in mortali communicant ponemus tres veritates.

¶ Prima veritas. Qui communicat i mortali, reputatur homicida dñi noſtri ieſu xp̄i. Iſta veritas patet per Ap̄lm dicētem .i. Cor. xi. Qui manducauerit panē vel biberit calicem dñi indigne reꝰ erit corporis ꝛ ſanguinis dñi. Super quo Amb. Qui indigne xp̄m ſumit: idem eſt ac ſi proprijs manibꝰ xp̄m interficeret. Cōſiderēt illi q̄ frequēter cōicāt in mortali ꝙtū dolerēt ſi xp̄z proprijs manibꝰ crucifixiſſent.

¶ Scd̄a vitas. Indigne communicantes ſunt peiores iudeis. Iſta veritas ptz q2 iudei xp̄m ignorabāt eſſe filium dei vt habet .i. Corin. ij. ſi cognouiſſent nunꝙ dñm glorie crucifixiſſent. Xp̄iani autem indigne communicantes credunt et confitētur ip̄m eſſe filiū dei Cū itaqꝫ peccatū ex certa ſciētia commiſſum ſit grauius ceteris paribus: hinc ſequitur ꝙ xp̄iani in peccato cōicātes grauiꝰ peccāt ꝙ iudei crucifigētes. Vñ de talibꝰ pōt verificari illō Heb. vi. Rurſum crucifigētes ſibimetipſis filiū dei.

¶ Tertia veritas. Tales in peccato cōmunicātes ſunt fratres Iude ꝛ ſimiles illi in nequitia qui cōmunicauit i mortali ꝛ cū ꝓpoſito peccādi. Caueant ergo ne illis vna dierū accidat ſicut ꝛ ipſi proditori iude: de quo legitur Io. xiij. ꝙ cum accepiſſet bucellam panis: que tamen non erat ſacramentum, nichilominꝰ introiuit in eum ſathanas: ita ꝛ diabolus accipit ſpecialem poteſtatem in eos qui indigne cōmunicāt. Videāt ergo in ꝙto ſint periculo.

¶ Sermo. xiij.

Vidi librum ſcriptū intus ꝛ foris ſignatum ſigillis ſeptē Apocal. v. Notādū ꝙ beatus Iohannes vidit triplicem librum: videlicet.

Generationis humanalis.

Incarnationis diuinalis.

Sāctificatiōis ſacramētalis.

A ¶ De p̄rio libro ſcribitur Math. i. Liber gn̄ationis ieſu xp̄i. In cuiꝰ capitulo. xiij. legitur ꝙ obeth genuit Ieſſe. Ubi aduertēdum ſm litteraꝫ ꝙ vt dicunt cōiter expoſitores: vt dñs Cardi. Gloſa ordiñ. et de Lyra. Iſte Ieſſe fuit binominus. Nam aliquādo dictꝰ eſt yſai: vt .i. Reg. xvi. Aliquādo autem dictus eſt Ieſſe vt hic. Potius autem hic deſcribit ſub nomine Ieſſe ꝙ ſub noie

yſaí:eo q̄ de eo hic agitur ſe-cūdum q̄ xp̄s deſcendit ab eo vt prophetatum fuit Eſaie.xi. Egredietur virga.i.virgo maria de radice ieſſe:⁊ flos:id eſt chriſtus de radice eius:ſcʒ virginis aſcendet. De quo quidem flore figuratiue ſcribitur Gen.xxvij. Ecce odor filij mei (inquit de⁹ pater et ſimiliter virgo maria) ſicut odor agri pleni. ¶ Ad propoſitum ali redeuntes notandum q̄ Ieſſe interpretatur incēdium. Iſta autem interpretatio cōuenit tribus generib⁹ perſonarum videlicet

- Ieſu chriſto.
- Viro iuſto.
- Virgini marie.

B ¶ Primo igitur chriſto qui merito appellatur Ieſſe id eſt incendium tam paſſiue q̄ actiue. Paſſiue quidem:q2 fuit incenſus duplici igne. Primo igne amoris interi⁹ quo ad animaʒ:quo igne fuit adeo incēſus vt aīam ſuā poſuerit pro aīabus noſtris liberandis ab eterno illo incēdio. Propterea ipſe dicebat Luce.xii. Ignem:ſup.amoris ⁊ immēſe charitatis veni mittere in terrā:et quid volo niſi vt ardeat ſcʒ peccata mundi. ¶ Scd̄o fuit incēſus igne doloris exterius quo ad corpus Non em̄ potuit piiſſimus ieſus continere ignem amoris in ſinu cordis ſui niſi ipʒ proderet i aperto exteri⁹. Et hoc potiſſime factū eſt in paſſione ſua quādo hūanitas ſua aduſta eſt in cruce igne vehemētiſſimi doloris Treñ.i. O vos oēs qui tranſitis per viā:attēdite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Hic eſt igit̄ agnus immaculatus pro nobis oblatus ſup altare crucis:et ibi igne amoris ⁊ doloris aſſatus Exodi.xij. Hic eſt yſaac portās ſuper humeros ſuos ligna holocauſti quibus vrendus credebatur a patre ignem ⁊ gladiū deferēte Gen. xxij. Hic eſt mons ſynay fumigans eo q̄ deſcendiſſet dn̄s ſuper eū in igne Exodi.xix.

C ¶ Scd̄o dico q̄ xp̄s dr̄ incendium actiue.et hoc potiſſime complebitur in fine mūdi qm̄ tūc(vt dicit p̄s)ignis ante ip̄m precedet:et inflāmabit in circuitu inimicos ei⁹. Iteʒ alibi. Ignis a facie ei⁹ exarſit id eſt exardeſcet. Et iſte ignis dicit̄ ignis cōflagrationis:q2 cōflagrabit ⁊ extermiabit oīa ¶ Item dr̄ incendium actiue q2 ip̄e eſt q̄ incendet dānatos in inferno:ſm illō p̄s. Pluet ſcʒ xp̄s ſup pctōres.i.dānatos laqueos:ignis:ſulphur:et ſpiritus pcellarum:pars calicis eorum. Et nota q̄ dicit pars: q2 dānati non tm̄ patiētur ab illis enumeratis ſed a multis aliis. Iſte ē ignis de quo Deutero.xxxij. Ignis ſuccēſus eſt in furore meo:et arde. vſqʒ ad

infer.no.ergo in eternū:qꝛ infernus nō habebit nouiſſima.
D ¶ Secūdo vir iuſtus poteſt dici Jeſſe.i.incendium:qꝛ debet incēdi duplici igne:vcꝫ igne charitatis interiꝰ ⁊ igne tribulationis exterius. Primum aūt incendiū facit ſpūs ſctūs:quādo ſcꝫ ventū ſuū inſufflat in cordibus noſtris ignem charitatis: ſcđm illud Rom̄.v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ noſtris per ſpm̄ ſanctum qui datus eſt nobis. Item ps̄. Ignis ſup.charitatis a facie eius: vcꝫ ſpūſſancti exarſit. Sꝫ quid:exarſerit inſinuat cū ſubdit,carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Per carbones aūt intelligi poſſunt pctā que denigrant ⁊ deturpāt faciem aīe: ſm̄ illud Treñ.iiij. Denigrata eſt facies eorū:ſcꝫ pctōꝝ ſup carbones. Tales ergo carbones ſuccēdit ignis ſpūſſācti qui charitas eſt. In cuiꝰ figura legitur Nume.xi. ꝙ egreſſus eſt ignis dn̄i ⁊ deuorauit extremā ptē caſtroꝝ.
E ¶ Hic igit̄ ignis charitatis incendit aīam tripl̄r: vcꝫ Per dolorem contritionis. Per feruorem deuotionis. Per ardorem dilectionis. Per primū culpas eliminat. Per ſcđm mētem illuminat. Per tertium deo cōglutinat De primo ſcribitur Thob.vi. ꝙ incenſo iecore piſcis .i. humano corde per charitatē fugabitur demoniuꝫ.i. peccatū De ſcđo Joh.xiiij. Paraclytus aūt ſpūſſctūs: qui ſup.eſt ipſa charitas per eſſentiā, docebit vos oīa: vcꝫ mentes veſtras illuminando. De tertio dicit Greg. ꝙ ſpirituſſanctus amor eſt. Amor aūt eſt vnio amantis cum amato.
¶ Secūdo dico ꝙ iuſtus debet incēdi exterius igne tribulationis ⁊ aduerſitatis in preſenti:ne ſcꝫ incendatur in futuro igne dure cruciationis:ſaltem purgatorij. Et hoc ꝓ quotidianis culpis:quas profecto vitare perdifficile eſt:quia vt habetur Prouer.xxiiij. Septies i die cadit iuſtus. Pro talibus igitur culpis incendatur in preſenti: vt in articulo mortis dicere poſſit cuꝫ pſal. ad dn̄m. Igne me examinaſti et non eſt inuēta in me iniquitas. Sicut eñ vaſa aurea ⁊ argentea prius igne purgantur in fornace anteꝙ̄ aptentur ad vſus potētum: ſic ⁊ de nobis neceſſe eſt fieri ſi velimus corā deo mundi apparere. Propterea ſaluator noſter Johā.xvi.ait. In mūdo preſſurā habebitis:in me autem pacem. Et apo.ij.Thi.iij. Oēs(inqt) qui pie volunt viuere in chriſto ieſu perſecutionem patiūtur. Et hec eſt cauſa quare dominus permittit iuſtos tentari: et a tyrannis:principibus et potētibus ſeculi aduerſa pa

ti:ſm illud pſ. Dum ſuperbit
impius:ſup. tyrannus vel qui
cunq peccator incēditur pau
per:id eſt iuſtus. Et hoc non
tam legimus in ſacris codici
bus q̄tum videm⁹ coram ocu
lis noſtris.
F ¶ Tertio beata virgo po
teſt dici Jeſſe:id eſt incēdium.
Ipſa eñi fuit incenſa igne mul
tiplici: vc3 charitatis ⁊ amo-
ris quo ad deū:doloris ⁊ cō-
paſſionis quo ad filiū ſuu3 in
cruce ſuſpenſum:feruētis deſi
derij quo ad populum ſibi de
uotum: cuius ſalutem feruen
ter deſiderat ⁊ diligēter pro-
curat:ſciens ſe a deo eſſe cōſti
tutam ꝓcuratricem ⁊ aduoca
tricem ſalutis hūani generis
et preſertim ſibi deuotorū fa-
mulorum. Hec igitur eſt ciui-
tas altera hieruſalem que to-
taliter incēdio tradita eſt Ju
dicum.i. Si igitur frigemus
peccato approximemus nos
ſue grē ⁊ charitati vt ſic cale-
ſiamus:q2 incēdium eſt.

SEcūdus liber dicitur in
carnatiōis diuinalis. Et
hic liber ſcript⁹ eſt intus ⁊ fo-
ris:intus quidem q̄tu3 ad ve
tus teſtamētum:foris autem
q̄tum ad nouum. Intus igi-
tur inuenimus de hac ſacra-
tiſſima incarnatione duo ma
gna teſtimonia.
G ¶ Primo quidem vnā fi
gurā que ſcribitur Gen. xxiiij.
Ubi legitur q abraham miſit
procuratorem dom⁹ ſue noīe
Eliezer de terra promiſſionis
ad terrum Meſopotamie/ad
ꝓcurādū vxorē filio ſuo yſaac
Cūq3 ille abiiſſet tādem inue-
nit Rebeccam virginem pul-
cherrimam ⁊ incognitā viro
ſtantem iuxta aquarum fon-
tem. Cuius queſiuit aſſenſum
ſi nam vellet habere in ſpon-
ſum tam generoſum ⁊ elegan
tem iuuenē quēadmodū erat
ipſe yſaac filius illius maxi-
mi patriarche Abrahe. Que
poſtq̄ audiuit verba nuncii tā
dem annuit:⁊ ſic facta eſt vxor
yſaac. ¶ Ad ꝓpoſitum Elie-
zer qui interpretatur dei mei
ſctificatio recte ſignificat Ga-
brielem archangelum a deo
per gratiam ſanctificatum.
Abraham aute3 qui interpre
tatur pater multarum gen-
tium ſignificat deum patrem
qui eſt pater vniuerſorum ge
neraliter per creationem: et
iuſtorum ſpecialiter per gra-
tiam. Dictus igitur nuncius
miſſus fuit de illa terra pro-
miſſionis celeſtis:de qua pſal
miſta. Credo videre bona do
mini in terra viuentium. qui
veniens in hunc mundum/in
uenit tandem poſt multas a-
lias ſanctas mulieres quan-
dam venuſtiſſimam et hone-
ſtiſſimam virginem: vtiq3 mē
te corpore pulchram que ſta
bat ad fontem aquarum vi-
uentiū que fluunt impetu de

libano paradiſi. quã cũ reuerenter ſalutaſſet dicens. Aue gr̃a plena dñs tecũ: hortatus eſt eam vt cõſentiret vice totius nature humane: cũ qua cõtrahere volebat magnũ ſacramẽtũ ⁊ matrimoniũ ſingulare dei filius: quia vt habet Extra. de ſponſalibus ca. tua nos. Sine conſenſu cetera fedus coniugale nequeũt pficere. Tãdem virgo ſanctiſſima vice toti⁹ nature humane in hoc matrimoniũ cõſenſit qñ angelo ait. fiat michi ſecundũ verbũ tuũ: ⁊ ſic matrimoniũ ipſum contractũ eſt: ⁊ extunc verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. O p̃cioſum ⁊ admirabile ſacramẽtum angelicis ſpiritibus ſtupendũ: demonibus tremẽdũ: ⁊ hoib⁹ omni veneratiõe colẽdũ: quis vnq̃ audiuit talia quis tale myſteriũ excogitare potuit vt in eodẽ lecto eſſent de⁹ ⁊ homo. Unde tũc potuit dicere beata virgo in perſona nature humane: illud Can. ij. En dilectus me⁹ loquit̃ michi dicẽs. Surge ꝓpera amica mea: colũba mea: formoſa mea: ⁊ veni. Iã enĩ hyẽs tedioſe expectationis ſanctorũ patrum tranſiit. Uel per hyemẽ ſignificatur tẽpeſtas valida: ire dei contra genus humanum. Iſta igitur hyems tranſiit in iſta in carnatiõe. Similiter imber: vez ſacrorũ eloquiorũ ꝓphetarũ abiit quando: ſcilicet ſacrum ipſum myſterium tam multipliciter ꝓphetatum: factũ eſt preſens. Qđ autem ſequitur ⁊ flores apparuerunt in terra noſtra referendum eſt ad figuras que ſimiliter ceſſauerunt in hac incarnatione: ideo dicit. Apparuerũt loquens de preterito ideo immediate ſubdit: tempus putationis aduenit: ſcꝫ incarnatiõis filij dei quãdo: ſcꝫ putate ſunt figure ⁊ ꝓphetie antique legis. Uox turturis audita eſt in terra noſtra. Illa vox turturis fuit vox gabrielis dicẽti. Aue gratia plena dominus tecũ. Item Ecce concipies ⁊ paries filium: et vo. ⁊c. Item. Spũſſctũs ſuperueniet in te ⁊ virt⁹. ⁊c. Itẽ vox turturis fuit illa vox marie ad angelum. Ecce ancilla domini fiat ⁊ cetera. Que q̃dem vox tam alte inſonuit ꝙ audita eſt in terra viuentium ſcilicet in celo ideo: merito dicere potuerunt boni angeli ꝙ vox audita eſt in terra noſtra. Tunc enim ficus protulit groſſos ſuos quando maria concepit ⁊ peperit dei filium: ⁊ vinee florentes dederunt odorem ſuum quando virtutes marie vtpote humilitas: virginitas: charitas: et ſumma puritas: ceperunt redolere in cõſpectu domini. Et poſt hec clamauit.

dei filius ad naturã humanã id quod ſequitur. Surge ꝓpe ra amica mea: ſpecioſa mea: ꝛ veni columba mea in foraminib⁹ petre: in cauernis macerie. Hoc aũt factũ eſt quando natura humana aſſũpta ẽ in vnitatem ſuppoſiti diuini verbi. O ꝗ̃tũ igitur hodie dignificata nobilitata ꝛ exaltata eſt natura humana. O ꝗ̃ ſollicite debet ſe cuſtodire homo ab hoc ſeculo neq̃ ꝛ ab oĩ iniq̃tate. Propterea poteſt ei dici illud Can. j. Si ignoras te o pulchra inter mulieres ꝛc. practica. ꝛc.

¶ Secundo inuenim⁹ vnam ꝓphetiã de hac Benedicta incarnatione: Numeri. xxiiij. Ubi introducuntᷣ ℣ba balaã dicentis. Uidebo eũ: ſcȝ xp̃m ꝛ hoc in poſteris: quia magi qui deſcenderũt a balaam viderunt eum ſed non modo: quia fuit magnũ tempus a balaam vſq; ad xp̃m: ideo ſequitur. Intuebor illum ſed non prope. Et poſt hoc immediate ſequitur. Orietur ſtella ex iacob: vbi interˡ. i. diuinitas xp̃i: ꝛ conſurget virga de iſrael de qua ſcribitᷣ Eſa. xj. Egredietur virga de radice ieſſe. Et in Pſal. Reges eos in virga ferrea. Alia vero lr̃a habȝ ꝛ conſurget homo de iſrael: ꝓpterea glo. oꝛ. refert. Primũ ad diuinitatem: ſcȝ cũ dr̃. Orietur virga de radice. ꝛc. Secundũ aũt ad humanitatẽ cũ ſcȝ ſubditur. Et conſurget homo de iſrael. Sequitᷣ. Et percutiet duces moab: glo. interˡ. neq̃tias ſpiritales principatus: ſcȝ ꝛ poteſtates: ſpiritales affigẽs cruci. Duces igitur moab ſunt demones qui ante aduentum xp̃i ducebant moab. i. homines in abyſſum. Sed ex quo ſurrexit virga vel homo de iſrael. i. dei filius de ſemine iudeoꝝ ꝑcuſſit ipſos duces moab: qꝛ vt dicit glo. oꝛdi. non potuit ſaluare moabitas niſi prius vaſtaſſet duces impietatis. Dñs hugo cardina. exponens hũc paſſũ dicit: ꝙ iſte textus non eſt hiſtoric⁹ ſed tantũ ꝓphetic⁹ de xp̃o ẽ: ergo ſenſ⁹. Orietur ſtella. ꝛc. i. xp̃s de iudeis ſecũdũ carnẽ: ꝛ cõſurget virga. i. maria ex iſrael. Uel vtrũq; refertur ad xp̃m qui dicitur ſtella ꝛ virga. ſtella quidem a ſtãdo quia ſuos ſtare facit in bono ꝛ potiſſime beatos. Item qꝛ illuminat omnẽ hoĩem venientẽ in hunc mundũ. Nã ſicut ſtella ſex radios habet quib⁹ illuminat noctem. Sic ꝛ xp̃s ſex virtutes quib⁹ illuminat omnem hominẽ. Prima virtus eſt humilitas. Secunda manſuetudo. Et de iſtis duabus ſcribitur Math. xj. Diſcite a me quia mitis ſum ꝛ humilis corde. Tertia obedientia de qua Phil. ij. Chriſtus

factus eſt obediēs p̄ri vſq3 ad mortem. Quarta patientia Eſa.xlij. Semp tacui patiens fui quaſi parturiēs loquar. Quinta mīa Job.xxxi. Ab in fantia mecū creuit miſeratio de vtero matris mee egreſſa eſt mecū. Sexta eſt charitas .j.Johā.iiij. In hoc apparuit charitas dei in nobis q̄m vni genitum filiū ſuū miſit deus in mundū vt viuamus p ip̄m Similiter xp̄s dicitur virga quia flagellat non credentes. Et de hac virga poteſt intelli gi illud Jere.i. Quid tu vi- des Jeremia. Virgā vigilātē ego video. Certe iſta v̄ga fre- quēter vigilat ſup mūdū iſtū modo mittendo peſtē: modo guerrā: modo famē: ⁊ huiuſ- modi: ſed mirabilius ⁊acri⁹ vigilat ſup miſeros dānatos de quibus: poteſt intelligi il lud Pſal. Reges eos i virga ferrea q̄ dura eſt ⁊ inflexibilis ⁊ hoc ideo q2 noluerunt regi in preſenti in virga lignea mi ti ⁊ flexibili: penitētiā agētes p peccatis ſuis. Regam⁹ er- go nos in iſta virga lignea ne nos regat chriſtus in virga ferrea in inferno.

¶ Secundo iſte liber incar- nationis diuinalis ſcriptus eſt foris q̄tum ad nouū teſta- mentū: vbi inuenim⁹ ſcriptū Johā.xv. Quot cū dominus noſter loq̄ret de iudeis incre pando obſtinationem eorū ⁊ perfidiā ait. Si non veniſſē ⁊ locutus eis fuiſſem.glo.in- terlli illud quod tenentur cre dere ⁊ facere: peccatū non ha berent. ſcʒ infidelitatis: vt di cit de lyra. Dn̄s autem card. ſic dicit. Si non veniſſem car nē aſſumendo. ⁊ locut⁹ fuiſſē eis: docēdo tam ſignis q̄ ver bis ⁊ beneficiis: peccatū non haberent. Non q2 nō haberēt pctm̄ an̄q̄ veniſſet: ſed pecca- tū dicit antonomatice: illud peccatū q2 nō crediderunt in xp̄m: ſequitur. Nūc aūt excu- ſationē nō habent de pctō ſuo vcʒ infidelitatis: quia veni ⁊ locut⁹ ſum eis. Unde glo. or- di. dicit ſic. Illi quibus nō ve nit nec locutus eſt xp̄s habēt excuſationem nō de omni pec cato: ſed de hoc q2 in xp̄m nō crediderūt. Hi vero quib⁹ in apl̄is venit ⁊ locutus eſt non excuſant. Priores vero qui ſine lege peccauerūt ſine lege peribūt. Modernis vero tem porib⁹ multi p̄dicatores ſigil latim dicere poſſunt de obſti nato populo xp̄ianorum. Si nō veniſſem ⁊ locutus eis fuiſ ſem pctm̄ nō haberēt: ſcʒ tam graue: ⁊ hoc p̄cipue tāgit eos qui ſpernūt p̄dicatores ⁊ ver bū dei dicētes illud Nume. xxi. Aīa noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Et ideo p̄- dicatores veritatis ecōtrario debent illis dicere: illud Act. xiij. Uobis oportebat primū

loqui verbū dei: ſed quoniam repuliſtis illō ꝛ īdignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. i. ad agricolas ꝛ rurales homines qui frequenter eſuriūt verbū dei: de quibus conqueritur dn̄s ꝑ Jeremiā dicētē Trene. iiii. Paruuli. i. ſimplices ꝛ idiote: petierunt panē: vez doctrine ꝛ non erat qui frāgeret eis

J ¶ Modus aūt quo hec ſāctiſſima incarnatio facta eſt patere poteſt in rebus naturalibus. Uidemus eīm granū ſynapis minimū q̄dē omnibus ſeminibus ꝑut ait ſaluator Math. xiij. ſed poſtq̄ creuerit mai⁹ eſt omnib⁹ holerib⁹ intātū ꝙ fit arbor ꝛ volucres celi habitant in ramis eius. Ad ꝓpoſitū per granū ſynapis ſecundū glo. ord. intelligitur humilitas incarnatiōis filij dei. Iſtud autem granum ſynapis ſeminauit homo: id eſt de⁹ pater in horto ſuo pinguiſſimo: hoc eſt in virginis vtero. Et q̄uis iſtud granū in principio videretur minimū omnibus ſeminibus. i. angelicis ſpiritib⁹ ſecundum illud Pſalmiſte. Minuiſti eū paulominꝰ ab angelis: poſtq̄ tamen creuit ꝛ aſcēdit vſqȝ ad altitudinem crucis in mōte caluarie. Uel etiam quando aſcēdit ad dexteram dei patris in ſua aſcenſione: tunc maius factum eſt ceteris holeribus: id eſt angelis: ſecundum q̄ ſubditur in Pſal. Gloria ꝛ honore coronaſti eum: ꝛ cetera. Nonne hoc granum paruum fuit: quando paruulus nat⁹ eſt nobis ꝛ filius datus eſt nobis Eſa. ix. Sed de magnitudine eius ſubditur immediate in eodem capittulo. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius: ꝛ vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi: princeps pacis. Multiplicabit eius imperium ꝛ pacis eius nō erit finis. Super ſolium dauid ꝛ ſuper regnum eius ſedebit: ꝛ cetera. Item iſtud granum ſynapis quod paruum fuit in natiuitate creuit in arborē magnā quando cepit predicare ꝛ miracula facere per vniuerſam iudeam ꝛ galileam: in tantū vt dicerent iudei: illud Luce vij. Propheta magnus ſurrexit in nobis: tunc enim apparuit celſior patriarchis ꝛ ꝓphetis omnibus. per volucres vero habitātes in ramis ei⁹ intelligi poſſūt ſācti angeli qui famulabātur xp̄o: ſicut patet quādo nūciauerūt paſtoribus ſuam natiuitatē. Luce. ij. Item quando miniſtrauerūt ei in deſerto Math. iiij Item quando confortauerūt eū in horto. Luce. xxii. Item qn̄ nūciauerūt ſuā glorioſam reſurrectionem Mar. xvi. Lu

ce.xxiiii. Johan.xx.⁊ Math. xxviii. Item qñ eo aſcendente in celũ apparuerunt aplĩs Act.i. Moraliter ſi velimus creſcere in arbores magnas ĩ futuro ſeculo oportet ꝙ hic humiliemur: qꝛ oĩs qui ſe humiliat exaltabit. Luce.xiiii. Itẽ oportet ꝙ in preſẽti mortificemur ad inſtar grani ſynapis vel frumenti: qꝛ vt dicit Johã.xii. Niſi granũ frumenti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ipſũ ſolũ manet: ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert.

Tertius liber ſꝫ ſanctificationis ſacramẽtalis q̃ ſignatus eſt ſigillis ſeptem. Iã enĩ dictũ eſt de duobꝰ primis ſigillis ⁊ de contẽtis ſub ipſis. Reſtat nunc dicere de tertio ꝑ quod intelligimꝰ ſacramẽtum penitẽtie quod eſt maxime neceſſitatis adultis poſtq̃ peccauerũt: qꝛ vt dicit Lu.xiii. Niſi penitentiã habueritis oẽs peribitis. Sub iſto aũt ſigillo continẽtur ſex magna ſecreta. Primũ eſt ꝙ de quolibet peccato mortali debet homo dolere vſq ad finem vite ſue etiam q̃tũcunq diu viuat. Iſtud ſecretũ ponit d.ſ.iii.p.q.lxxxiiii.art.viii. Quod q̃dem ſecretũ apitur duplici claue: vꝫ figuratiue declaratiõis ⁊ auctoritatis ꝓbationis.

R ¶ Prio q̃dem aperit claue figuratiue declaratiõis. Regit enĩ. iii. Re.ii. ꝙ ſalomon mortuo pre ſuo dauid miſit ſuos ſuos vt adducerent ad eũ Semey. q̃ cũ ad ipm veniſſet vtpote valde anxiꝰ de morte adorauit regẽ ſalomonem. Cui dixit rex. Edifica tibi domũ in hieruſalẽ ⁊ habita ibi ⁊ caue ne inde egrediaris. Iuro enĩ tibi ꝙ ſi inde egredieris ⁊ pertrãſieris torrẽtẽ cedron morte morieris: ⁊ ſãguis tuꝰ erit ſup caput tuũ. Hoc autẽ ideo fecit ſalomon eo ꝙ ipſe Semey fuerat prem ſuum dauid grauiter pſecutꝰ ⁊ illi iniuriatꝰ cũ fugeret a facie filii ſui abſolõ: vt habe.ii.Re.xvi. Cũq ille ꝓmiſiſſet regi ſe ita facturũ ſeruauit quidem fidẽ ⁊ promiſſum per certos dies. Nichilominus tandem pertranſiuit terminos ſibi conſtitutos. Hoc cum audiſſet ſalomon eo accerſito iuſſit ipm occidi. ¶ Ad ꝓpoſitũ ſalomon q̃ interp̃tat vno modo retribuens iniquis: ſignificat dñm noſtrum iheſũ xp̃m qui in die iudicii faciet iudicium ⁊ iuſticiam in terra reddens vnicuiq iuxta opera ſua dicẽs malis. Ite maledicti in ignẽ etnũ ⁊ bonis. Venite benedicti pris mei ꝑcipite regnũ. Mathei viceſimo quinto. Semey vero qui interp̃tat audi me: ſignificat pauperẽ peccatorem cui ꝓcipit dominus vt

audiat eũ mandata eius ſer‑
uando. Dauid aũt qui interp̄
tat̄ vultu deſiderabilis ſignifi
cat deũ patrẽ ĩ quẽ deſiderãt
angeli et cũcti beati ꝓſpicere
Nec immerito: qꝛ ipe eſt ſpe‑
culũ ſine macula et cãdoꝛ lu‑
cis eterne: ſicut et filius eius
Ioh.xvi. Hec eſt vita eterna
vt cognoſcãt te ſolũ verũ deũ
et quẽ miſiſti iheſum chriſtuȝ
O quot multi et pene infiniti
ſunt hoies ſup terrã qui hunc
regẽ mitiſſimũ dauid patrem
celeſtẽ grauiter offenderũt et
illi multipliciter ĩiuriati ſunt
ſicut ſunt blaſphemi: periuri:
adulteri ⁊ huiuſmodi. Quot
eñi pctã cõmittimus: tot lapi
des contra eũ moꝛe ſemey ia‑
cimus: ⁊ eũ ad iracundiã ꝓuo
camꝰ. Propter qđ pie conq̄‑
rit̄ dicẽs ꝑ os dauiticũ. Su
pꝛa doꝛſuȝ meũ fabꝛicauerũt
pctõꝛes: nõ q̄dẽ ſel̄: ſȝ plõgaue
rũt iniquitatẽ ſuaȝ. Sed quia
ſcriptũ eſt Ioh.v. ꝙ pater nõ
iudicat quenꝙ̄ ſed oẽ iudiciuȝ
dedit filio: ideo ipe filius pꝛe
cipit om̄ibꝰ qui patri ſuo in‑
iuriati ſunt vt vadãt in ciuita
tẽ r̄fugij hieruſalẽ: ꝑ quã ſigni
ficatur pnia. Hieruſalẽ eñi in
terpꝛetatur viſio pacis: ⁊ per
pniam pax ꝓcurat̄ inter deũ
et pctõrẽ. Mãdat aũt ne inde
exeãt vſqꝫ ad finẽ vite ſue: al̄s
quotiẽſcũqꝫ inde exierit erũt
rei moꝛte eterna. Non eſt igi‑
tur in hac ciuitate penitentie
ſtandũ ad hoꝛã vel ad diẽ vel
hebdomadã ſicut faciũt mul‑
ti in paſcha: q̄ ipſa die paſche
cantãt Gl̄ia patri: ſcđa die: et
filio: tertio die: et ſpũiſancto
ſed diebꝰ ſequẽtibꝰ. ſicut erat
in pꝛincipio et nũc et ſemp̄. ⁊c
Dolẽdũ igitur eſt om̄ibꝰ die
bus vite noſtre ꝓ vnico moꝛ‑
tali: etiã ſi viuerẽmꝰ mille an
nos: nec aliquãdo exeũdũ eſt
de ciuitate pnie. O q̃tuȝ igit̄
dolere debent illi miſeri pctõ
res q̄ tot et tãta indies perpe‑
trãt mala: q̄ merito ſigillatiȝ
dicere deberent. Peccaui ſup
numerũ harene maris et mul
tiplicata ſunt pctã mea et nõ
ſum dignꝰ videre altitudineȝ
celi pꝛe multitudĩe iniq̄tatis
mee: qm̄ irritaui irã tuã ⁊ ma
lũ coꝛaȝ te feci. ¶ Scđo iſtud
ſecretũ apitur claue auctoꝛi‑
tatiue ꝓbationis. Scribit̄ eñi
de pe. di.iij. pnia: et ſũt verba
Aug. q̄ loq̄tur di. Cõtinue do
lendũ eſt de pctõ qđ declarat
ipa dictionis virtus. i. ſignifi
catio vel interp̄tatio ſm̄ glo.
Nã penitere ẽ penã tenere vt
ſemp̄ hõ puniat in ſe vlciſcẽdo
qđ commiſit peccãdo. Et pau
cis ĩterpoſitis ſubdit. Ille pe
nã tenet qui ſemp̄ vindicat qđ
cõmiſiſſe dolet. Iteȝ ĩ eadẽ di.
c. Pnia eſt mala: ſic loquitur
beatus Ambꝛo. Pnia eſt ma
la p̄terita plãgere et plangen
da iterũ non committere. An
ad ꝓpoſitũ hic inſerũtur tres

veritates.
R ¶ Prima veritas. Nō eſt de neceſſitate ſalutis vere penitēti: vt cōtinue doleat exteri9 de pctō cōmiſſo vtpote continue ieiunādo: corpus ſuū diſciplinādo: pegrinādo: oculis lachrymādo. ⁊ ſic de alijs exercitijs exterioribus. Probatio, q2 iſtud non patit̃ hūana fragilitas: nec de9 ab homie hoc exigit. Itē3 pnia exterior ſm btm Tho. vbi ſupra eſt q̄ quis ſigna exteriora doloris oſtendit et verboten9 confitet̃ pctā ſua ſacerdoti vt iuxta ei9 arbitriū ſatiſfaciat: ⁊ talis penitētia nō oportet q2 duret vſq3 ad finē vite ſ3 vſq3 ad determinatū tp̄s ſm menſurā pcti

¶ Secūda vitas. Pnia interior ſcd3 eundē doctorē ibide3 debet durare vſq3 ad finē vite q̄tuncūq3 etiā homo ſupuixerit. Sēp eni debz homini diſplicere q2 peccauit: q2 ſi placeret ei peccaſſe iā ex hoc ipo peccatū incurreret et fructus venie pderet. Et hoc intelligendū eſt habitualiter. Debet eni penitens ſic eſſe diſpoſitus: q2 quotiēs peccatū cōmiſſum occurret memorie de illo dolebit. Propterea dicit Aug. et recitatur de pe. di. iij. ſi apls. Quod vbi dolor finit̃ deficit et penitētia. Si vo deficit penitentia quid relinqtur de venia: quaſi dicat nihil: q2 vt habetur in glo. ſup eodē. c. talis ita intrabit gehennā ac ſi nullū peccatū eſſet dimiſſum. Itē in eadē di. c. Ille penitentiam dicitur ſic. Ille penitentiā digne agit: q ſic preterita mala deplorat: vt futura iterū non cōmittat. Nā qui plangit peccatū ſuū et iterū admittit peccatū: quaſi ſi quis lauet laterē crudū: quē q̄to magis abluit tāto magis lutū facit. Sed p dolor pauci pſeuerant i vera penitētia. Propterea ſcribitur Eſa. lxv. Obliuioni tradite ſunt āguſtie priores.

¶ Tertia vitas. Nullus d3 pſumere de remiſſiōe peccati ſui poſt lapſum ſed ſemper habet timere: poteſt tamē ſpare. Hoc patet per illud Eccli. v. De ppiciato peccato noli eſſe ſine metu. Sed quia pauci ſūt vt dicebamus q vere peniteāt ideo dicit Ambro. ⁊ recitatur in predicto lib. de. pe. d. iij. c. Reperiūtur. Facilius inquit inueni: qui recte ſeruauerit innocentiā: q̄ qui congrue egerit penitentiā. Perſeuerem9 igitur in pnia ſi velimus itrare regna celeſtia: ſm illud xpi pmiſſu3. Penitētiā agite appropinquabit regnu3 celoru3 Mathei quarto.

Sermo. xiiij.

Vidi libru3 ſcriptū intus ⁊ foris ſignatū ſigillis ſeptem. Apocalip. quinto.

Vtšis Johẽs vidit triplicem librum.

Gñationis hũanalis.
vicꝫ Incarnatiõis diuialis.
Sctificationis ſacr̃alis.

A ¶ De pͥo libro ſcribitur Math.i.vbi legiť in.xiiii.ca. illius. ꝙ Jeſſe genuit Dauid regẽ. Quod ſi queras quare iſte potius noĩatur rex ꝙ aliĩ cũ tamẽ ĩ hac genealogia plures cõtineãtur q̃ reges fuerũt nec tamẽ reges nominantur: ſed ſolus Dauid. Ad hoc reſpondet dñs Hugo Card. ſimiliter et de Lyra. ꝙ hoc ideo ẽ: quia ipẽ Dauid fuit pͥcipiũ regum ⁊ pͥmus rex per queꝫ ordo gñationis decurrit vſqꝫ ad xp̃m.

B ¶ Eſt ergo notãdũ ꝙ Dauid dupliciter interp̃tatur: videlicet manu fortis: et vultu deſiderabilis: ſed ſecundaꝫ interpretationẽ breuitatis cauſa ptrãſeuntes pͥmã ꝓſequamur. Dicta igiť pͥma interp̃tatio merito conuenit tribus gñibus perſonarum.

Jheſu chꝛiſto.
videlicet. Viro iuſto.
Virgini marie.

C ¶ Pͥmo igitur ſaluatoꝛ nr̃ merito põt dici Dauid: id ẽ manu fortis. Tũ pͥo qꝛ diabolũ q̃ robuſtiſſim⁹ eſt vicit in cruce pugnãdo: ſm ꝙ ipẽ paulo ãte ꝓmiſerat Jo.xiĩ.d. Nũc princeps mũdi huius eiſcieť foꝛas. Et õ hoc figura legitur .i.Re.xviĩ: vbi diciť ꝙ Dauid vicit Goliath cũ quinqꝫ lapidibus ſũptis de toꝛrẽte. Vbi p Goliath: qui interpꝛetatur tranſmigrãs: ſignificatur diabolus q̃ tranſmigrauit de altitudie celi in pꝛofundũ abyſſi. Per quinqꝫ aũt lapides de toꝛrente ſignificantur quinqꝫ vulnera coꝛpis iheſu xp̃i cum quibus vicit ipm̃ Goliath infernalẽ et confuſibiliter ꝓſtrauit. Tum ſecũdo quia poꝛtas inferni cõfregit. ſecũdũ illud Pſal. Cõtriuit poꝛtas ereas et vectes ferreos confregit dicẽs ipſis demonibus Attollite poꝛtas pꝛincipes veſtras ⁊ eleuamini poꝛte eternales et introibit rex gloꝛie. Cũqꝫ interrogaſſent ipſi pꝛincipes infernales. Quis ẽ iſte rex gloꝛie tam potẽs tam gloꝛioſus et immenſus: ſtatim reſpondit dicens. Dominus foꝛtis et potẽs: dñs potẽs in pꝛelio et iõ attollite illi poꝛtas clauſtroꝝũ infernalium: vt educat vinctos ſctõs illos pr̃es de lacu in quo non eſt aqua. zacha. ix. Tum tertio: qꝛ celũ reſerauit aĩas ſanctoꝝũ patrũ illuc deducẽdo in ſua aſcenſiõe ſm ꝙ ꝓmiſerat. Johã.xiĩ. Ego ſi exaltatus fuero oĩa trahã ad me ipſum. Poſſum⁹ ergo de eo merito concludere illud ꝓuerb o.xxxĩ. ꝙ manuꝫ ſuã miſit ad foꝛtia. Preterea dicta interpꝛetatio poteſt exponi

de chriſto ſecundum q̄ de⁹ eſt qui habet duplicem manum: videlicet: potẽtie et miſericoꝛdie.

D ❡ De pꝛia ſcribiẗ Hie. xviij. Sicut lutum in manu figuli: ſic vos in manu mea domus iſrł. Hec ē eñi man⁹ que olim foꝛmauit celos: que deiecit luciferuꝫ in abyſſum: que foꝛmauit adam de limo terre et euam de coſta viri: que etiã percuſſit egyptum plagis maximis: et que pplm iſrłiticum liberauit de egyptiaca ſeruitute, ſcḋm illud pſał. Manus tua gentes diſperdidit videlicet Amoꝛreos: Homoꝛreos: Etheos et huiuſmodi de terra pꝛomiſſionis eijciendo: et plantaſti eos ſcilꝫ filios iſrael in ip̄a terra pꝛomiſſionis: afflixiſti populos: ſcilicet infideles et expuliſti eos ḋ dicta terra pꝛomiſſionis. Hec igitur ē man⁹ dei valida ⁊ foꝛtis qua frequenter ꝑcutit peccatoꝛes tã in pꝛeſẽti q̄ in futuro: quaꝫ ſentiens paup peccatoꝛ et ſuũ peccatum recognoſcens merito debet dicere illud Ruth. i. Egreſſa eſt manus dei contra me.

E ❡ De ſecũda manu videlicet miſericoꝛdie dei. ſcribitur in Pſał. Aperis tu manũ tuam: et imples omne animal benedictione. Hec autem manus diuine miſericoꝛdie

❡ Pꝛio ꝓtegit a ruina. Eſa. xlix. In vmbra manus ſue ꝓtexit me. ❡ Secũdo ſubleuat a culpa. Pſalmiſta. Cum ceciderit non collidetur: quia dominus ſupponit dexterã ſuaꝫ ❡ Tertio cõſeruat in gratia. Pſalmiſta: Firmetur manus tua: et exaltetur dextera tua. ❡ Quarto gloꝛificat in patria. Pſalmiſta. Extẽdit manũ ſuam in retribuendo. Hec igitur eſt manus illa: de qua ipſe dñs p Pſalmiſtam dicit Manus eñi mea auxiliabitur ei, ſcilicet homini conferendo pꝛedicta quatuoꝛ beneficia.

F ❡ Scḋo dicta interpꝛetatio cõuenit homini iuſto: qui diciẗ dauid. i. manu foꝛtis et hoc tripłr. Pꝛio in oꝛone in qua ꝓ gr̃a impetranda foꝛtiẗ debet leuare in celum manus ad dñm: et ſimiliter vt detur ei auxiliũ deſuper contra ſpiritales nequitias dicens cum Pſał. In nomine tuo leuabo man⁹ meas. In cuius figura legiẗ Exoḋ. xvij. q̄ cũ moyſes leuaret manus ſuas in celum populus hebꝛeoꝛum vincebat Amalechitas. Applicatio eſt facilis. ❡ Scḋo debet eſſe vir iuſtus manu foꝛtis in miſericoꝛdia et liberalitate: ſua bona pauperibus largiendo ſecundum facultatem ſuam: vt merito poſſit de eo dici illud Pꝛouerbioꝛũ treceſſimo pꝛimo. Manum ſuã aperuit inopi: et palmas ſuas extẽdit ad

pauperē. Et hoc eſt cōtra multos vſurarios ⁊ auaros: qui habēt manus ſuas extētas ad ſuſcipiendū: ſed nō ad dandū: cōtra quos ſcribitur Eccli. iiij. Nō ſit porrecta manꝰ tua ad accipiendū et ad dandū collecta. Tertio dꝫ eē manu fortis in delinquentium punitiōe: ⁊ hoc precipue ptinet ad prelatos et maiores: qui debēt eſſe fortes in puniēdo errata ſubditorū: ita vt tandē quilibet eorū merito dicere poſſit illō Cañ. v. Manus mee diſtillauerūt myrrham. Myrrha eñi eſt amara et medicinalis: ⁊ iō recte ſignificat correctionē: q̄ etſi ſuſtinētibus amara videatur et aſpa: eſt tamē medicinalis et fructuoſa.

G ¶ Tertio dicta interptatio cōuenit virgini marie que ꝑ tāto dicitur dauid. i. manu fortis: qꝛ vt habetur prouer. xxxj. Manū ſuam miſit ad fortia. Nam ipſa mittit manum ſuā contra fortem irā dei eam placādo: ne vlciſcaſ de nobis peccatorībꝰ. Secūdo contra magnam ſeuitiam diaboli eā reprimēdo ne ſibi deuotis noceat. Tertio contra fortem et apertaꝫ ingluuiem inferni: ne paupes animas in mortis articulo abſorbeat. Dicamꝰ igitur ei illud Pſalmiſte. Fiat manus tua vt ſaluet me et tenebit me dextera tua.

Secūdus liber dicitur incarnationis diuinalis q̄ ſcriptus eſt intus et foris: intus quidē q̄tū ad vetus teſtamentū in quo inuenimus duo magna teſtimonia de hac ſanctiſſima incarnatione. Et

R ¶ Tertium notādum eſt ꝙ cū pplus iſrael deū deuote colebat tūc pacem ex oīni parte habebat: ſed ꝙ primū ſe ad ydolatriā aut ad aliud pctm̄ cōuertebat ſtatim ſequebatur diuina vltio ⁊ pena. Et hunc modum etiaꝫ hodie obſeruat deus circa populū xpianum. Nam ad magnam dei miām pertinet non diu ſinere hoīes peruerſe agere: ſed ſtatim vlciſci ⁊ penam adhibere.
¶ Scđo infra hūc librū veteris teſtamēti inuenimus vnā ꝓphetiam de hac digniſſima incarnatione: vcꝫ Eſa. lij. Ubi dicitur ſic. Hec dicit dñs. i. reuelauit gratis venūdati eſtis. interł. ſcilꝫ diabolo vrā ſpōte. Et ſine argento redimemini. interł. i. ſine vllo merito vrō: ſed gratuito dei bñficio. Redimemini inꝗ ſanguine filij dei vt dicit eađ glo. Dñs aūt cardi. ſic exponit. Gratis venūdati eſtis: vos ſup. pctōres: quia pro iniquitatib⁹ quas feciſtis volūtarie venūdati eſtis diabolo. Eſaie. l. Quis eſt creditor meus dicit dñs cui vēdidi vos. q. d. Non vēdidi vos diabolo: ſed vos ipſi. ꝓpterea ſequitur. Ecce eīn in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. Uel ideo gratis venundati eſtis. O miſeri pctōres: qꝛ nec commodū inde habuiſtis mercando cū diabolo: ſed maximum dānum. ps. Uēdiſti populum tuum ſine precio. Et Treñ. i. Oīs popul⁹ gemēs dederūt precioſa pro cibo ad refocillādam aīam ſuaꝫ: precioſa inꝗ ſcꝫ nature gratie ⁊ glorie. Et Prouer. x. Cor impiorū pro nichilo. Propterea Paulus loquens ad dānatos dicit ſic Subſannādo ⁊ deridēdo eos Ro. vi. Quem fructū habuiſtis in quibus nūc erubeſcitis Taliter autem ſe venūdatum fuiſſe aſſerebat Paulus cū diceba t Ro. vij. Ego autē carnalis homo venundatus ſub peccato ſup. ſerui. Mundꝰ igitur gratis venundatur diabolo miſer luxurioſus quando pro momentanea ⁊ fetida delectatione vendidit aīam ſuā diabolo. Similiter ⁊ auarus ꝓ denario aut obolo. Similiter ⁊ ſuperbus pro modica et trāſitoria gloria. Et ſic de alijs pctōribus: de quib⁹ poteſt inferri ⁊ dici quoniā gratis venundati eſtis. Propterea dicitur Eſaie. xlij. Quis cecus niſi qui venundatus eſt. Ualde profecto cecus eſt qui nō videt quomodo decipitur a diabolo cui vendit animam ſuam pro tali moneta ſicut eſt culpa mortalis. Seqtur. Et ſi

ne argento redimemini: quia ſanguine filij dei. Propterea dicitur. i. pet. i. Nō corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de veſtra vana conuerſatione paterne traditionis: ſed precioſo ſanguine agni incontaminati et immaculati ieſu chriſti.

M ¶ Sed contra. Daniel. iiij. dicitur. Peccata tua elemoſynis redime. Et Prouerbiorū decimotertio. Redemptio anime viri proprie diuitie. Reſponſio: qui venditus eſt diabolo per pctm̄: per hec redimi nō poteſt: ſed bene poteſt per ea habilitari ad conſequendū effectū dominice redemptionis. Iſta deberēt aduertere illi queſtores et predicatores indulgentiarum: qui cum pene infinitis mendacijs et fallacijs nituntur vendere paradiſuꝫ pretio appreciato: ſicut venduntur equi et porci in foro/dicentes. Venale habeo. Quid? Regnum celoruꝫ. Quo emitur? auro: argento monetato et non monetato: Bonis lintheaminibus: capitegijs: ſeruietis: ſtangneis vaſis: frumento: ordeo ꝛ huiuſmodi. Et poſt hec nouit dn̄s quomō et qualiter: ꝛ in quos vſus talia expendūtur.

¶ Secundo extra hunc librū inuenimus vnam veritatem apertam. videlicet Iohānis octauo: vbi legitur ꝙ cum Iudei murmuraſſent contra chriſtum eo ꝙ dixiſſet eis. Ego vado ꝛ queretis me ꝛ in peccato veſtro moriemini. Ipſi tanꝙ imbecilles non intellexerunt verbum: ſed ceperunt dicere. Nunquid interficiet ſe ipſum quia dicit. ꝛc. Quorū interrogatiōi reſpōdens ait. Vos de deorſum eſtis: ideſt de maſſa corrupta pondere originalis peccati: vt exponit de lyra Vel deorſum eſtis: ideſt carnales ꝛ terreni. vt dicit dn̄s Hugo cardinalis. Ego vero de ſupernis ſum: tam ſecundum diuinitatem ꝙ ſecundū humanitatē: ſecundum diuinitatem quidem de ſupernis ſum: quia illam habeo a patre qui ſuperius habitat: ſecūdū illud Pſalmiſte. Dominꝰ in celo ſedes eius. Secūdū vero humanitatem de ſupernis ſū tū quia anima mea creata eſt a deo patre: tum quia corpꝰ meum formatum eſt virtute ſpūſſancti Luce. i. Spūſſanctꝰ ſupueniet in te ꝛ virtꝰ. ꝛc. Vos de hoc mūdo eſtis: ideſt de numero mūdanorū ꝛ amātiū mūdū. Ego nō ſū de hoc mūdo: ſed prior iſto mūdo vt dicit. Interl. Vel ꝑ ſtātū non ſū de hoc mūdo: qꝛ nō adhereo mūdanis ꝑ amorē. Vel nō ſū de hoc mūdo cōmuni lege naſcēdi: vt exponit dn̄s card.

N ¶ Sed obiicit manicheus dicēs. ꝙ ſi non eſt de hoc

mūdo xp̄us: ergo nō vere ha
buit naturā humanā: quia il-
la eſt de hoc mūdo: ⁊ vlterius
ergo nō fuit verꝰ hō. ¶ Rn̄-
ſio. Iſte terminꝰ mūdꝰ in pro
poſito eſt nomē male affectio
nis: ſm̄ ꝙ dr. i. Johā. v Quot
totꝰ iſte mūdus in maligno
poſitus eſt. Et ꝓpterea dicit
Criſo. Quod ꝑ hoc nō dicit ſe
carnē nō ſuſcepiſſe vt heretici
dicūt: ſed ꝑ hoc oſtēdit ſe pro
cul eſſe a mūdi nequitia. Si-
cut ⁊ de diſcipulꝭ ait Jo. xvii.
ꝙ de mūdo nō ſūt. Seqꝛ. Di-
xi ergo vobis qꝛ moriemini
in pctīs vr̄is: vꝫ infidelitatis
⁊ crudelitatis. Si em̄ nō cre-
dideritis: cū ſufficiētē habea-
tis ꝑſuaſionē: qꝛ ego ſū: ſup-
ple verus deus: moriemini in
pctō vr̄o: antonomatice infi-
delitatis. i. ꝓ illo pctō dāna-
bimini. Cū ergo eum interro
gaſſēt iudei dicētes. Tu quis
es ⁊c. q. d. quē teipm̄ facis vt ta-
lia nobis cōmineas. Sed ad
hanc queſtionē iam dudū rn̄-
ſum eſt. vꝫ Exodi. iii. Ego ſū
qui ſū. vel qui eſt miſit me ad
vos. Nichilominꝰ adhuc ex
humilitate rn̄det eis vt nullā
excuſationē habeant a modo
ſue incredulitatis: dixit eis.
Ego pricipiū ſū ſupple. i. eter
nꝰ ab eterno prē ꝓmogenitus
an̄ omnē creaturā: q̇ ⁊ loquor
vobis: ex tēpore fctūs homo
ꝓpter vos vt poſſitis me in-
telligere. In quibus verbis

euidenter ſe oſtendit duas na
turas habere: ſcꝫ diuinā ⁊ hu
manā. Sed fortaſſis apud ſe
dicet aliquis. Ego credo in fi
liū dei ſicut eccl̄ia ꝓcipit cre-
dendū: ⁊ ita ſpero ſaluari. Sꝫ
aduertat ꝙ etiā demones cre
dūt ⁊ cōtremiſcūt qui tamen
nūq̄ſ ſaluabunt. Nō ergo ſuf-
ficit credere deū aut deo ad ſa
lutē cōſequēdū: ſed oportet in
deū credere: Credere aūt i de
um eſt credendo in ipſum tē-
dere ꝑ bona opa: put dt Bea-
tus Tho. xxii. que. ii. arti. ii.
Propterea dicit apl̄s Jaco-
bus. ij. cap. ꝙ fides ſine operi
bus mortua eſt. Nā fides ſine
operibꝰ eſt ſicut cādela in lu-
cerna ſine lumie q̄ non ꝓdeſt
q̇cq̄. ¶ Moralit de multis
pctōribꝰ poteſt dici illud qđ
xp̄s dicit de perfidis iudeis.
Moriemini in pctīs vr̄is ⁊ hi
ſunt obſtinati ⁊ qui ad flagel
la dei nolūt emolliri.

Q ¶ Modus autē quo hec
incarnatio fctā eſt patere po-
teſt in rebꝰ naturalibꝰ: vꝫ i fe
nice de quo dicit Ambro. in
exameron: ꝙ eſt auis vnica in
ſua ſpecie q̄ habitat in arabia
⁊ viuit multo tēpore: vꝫ quin
gentis annis q̄ vidēs finē ſuū
imminere facit ſibi domūcu-
lā de thure ⁊ mirra atq; cete-
ris aromatibꝰ in quā intrat
prius tamē ibi ſuſcitato igne
cum reuerberatione aeris ex
alis ſuis facta. Et cū materia

ſu ꝑpoſita ſit multũ pinguis ⁊ ſicca: deſacili accẽdit quibꝰ pactis ipſe fenix in mediũ ignis ſe proiicit ⁊ ſic cõburitur: ex cuius cineribus alius fenix generat: q̃ paulatiue creſcẽs tandẽ pficit ⁊ ſic ſaluat ſuam ſpeciem in vnico indiuiduo. ¶ Ad ꝑpoſitũ fenix ẽ virgo maria ꝑpter ſui ſingularitatẽ ſic dicta: qr nec primã ſimilem viſa eſt nec habere ſequentẽ. Ex iſto fenice ortus eſt aliꝰ fenix: ſcʒ ieſus xp̃s ſine tamen cõmixtione ſeminũ. Natꝰ eſt aũt infra domũculã plenam aromatibꝰ. i. in vterũ ꝟginis marie q̃ plena fuit odore virtutũ omniũ. Itẽ iſte fenix ieſus xp̃s cõſũmatꝰ eſt in cruce ⁊ aduſtꝰ igne doloris: ſed tertia die reuixit. Potuit autẽ iſte fenix veraciter dicere illud Pſal. Singulariter ſum ego donec trãſeã. ¶ Moraliter perpetuitas fenicis nobis inſinuat ꝑpetuitatẽ hoĩs qui ⁊ ſi in morte incineret: tamen in iuditio idẽ in numero reparabit. Et datur nobis in exẽplũ ꝙ actor ⁊ creator oĩm ſãctos ſuos in ꝑpetuũ perire nõ patietur. Sed vt dicit apoſtolus. i. Corin. xv. Corpus noſtrum quod modo ſeminatur in corruptiõe: ſurget in incorruptione: ſeminatur in innobilitate: ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate: ſurget in virtute.

Tertius liber dicit ſãctificationis ſacramẽtalis ſub cuiꝰ ſigillo tertio iuenimꝰ aliud ſecretũ: vcʒ ꝙ virtute ſacramẽti penitẽtie in diſpoſito cõmutatur pena eterna in temporalẽ. Iſtud ſecretũ ponit. d. ſ. iii. p. q. lxxxvi. ar. iiii. Quod quidẽ ſecretũ apit duplici claue: vcʒ figuratiue declaratiõis ⁊ auctoritatiue ꝓbationis.

P ¶ Primo igit aperitur ꝑ declarationẽ figure q̃ habet. ii. Re. xxiiii. Ubi legit ꝙ cum dñs dediſſet pacẽ regi dauid per circuitũ tũc eleuatum eſt cor eius in ſupbiã ⁊ vocato ad ſe Joab principe militie ſue ꝑcepit ei vt circuiret terras ſuo dominio ſubiectas atq numeraret populum ſibi ſubiectum: quod cũ feciſſet Joab poſt mẽſes nouẽ ⁊ dies. xx. rediit ad regẽ dans ei numerũ deſcriptiõis quã fecerat ⁊ inuenta ſũt de iſrael octingenta milia virorũ fortiũ ⁊ paratorũ ad bellũ: de iuda aũt quingenta milia. Hoc autẽ valde diſplicuit dño: quod intelligens dauid clamauit ad dñm ⁊ dixit. Peccaui valde in hoc fctõ ⁊ ſtulte egi: ſed precor dñe ignoſce michi. Miſit ergo ad eũ dñs Gad ꝓphetam qui diceret Dauid ex pte dñi triũ tibi dat optio elige quod volueris: aut famẽ pãnos ſeptẽ in omni terra tua: aut bellum

tribus mēſibus: aut peſtilētiā p̱ tres dies in om̄i terra tua ſup quo dicit Gre. q̄ qñq̄ dñs punit populū temporaliter ꝑpter peccata principū ⁊ maiorum. Dauid ergo omnibus hincinde pēſatis dicit ad Gad Melius eſt inquit vt incidā in manus domini qꝛ multe mīe eius ſūt q̄ꝫ in manus hominū Ipſe aūt dauid ſciebat vt dt de lyra q̄ hec plaga ⁊ ira dei veniebat ꝑpter pctm̄ ſuum: ⁊ ideo deliberate voluit eligere tale genus aduerſitatis cui ipſe ſubeſſe poſſet ſicut ⁊ ſubditi cuiuſmodi eſt peſtilentia. Si em̄ elegiſſet famē p̱ ſeptem annos. ſciebat q̄ qcūq̄ habuiſſet panē ipē etiā habuiſſet: ⁊ p̱ talē modū nō diuites ſed tm̄ pauperes puniti fuiſſent. Similiť ſi elegiſſet bellū ipē ſciebat q̄ ſui milites eū defendiſſent vſq̄ ad mortē ⁊ prius mortē tolleraſſent q̄ꝫ eū ꝑmiſiſſēt corā eis occidi. Peſti aūt poterat ſubeſſe ſicut ⁊ ſui ſubditi qꝛ peſtis nemini pcit: peſte ergo interierūt de populo ſuo numero .lxx. milia virorū: et multoplures mortui fuiſſent ſi non prohibuiſſet dñs angelum cedentem populum: et dixiſſet ei. Sufficit nunc contine manū tuam. Ad propoſitum dauid qui interpretať manu fortis ſignificat quēlibet peccatorē qui fortis eſt ⁊ potens ad malum ſed debilis ad bonū: ſicut patet de illis q̄ pernoctant in ludis taxillorū ⁊ chartarū qui vix darent mediā horā in laudibus diuinis. Item de illis qui vagātur per mundū ⁊ maria cupiditatis cauſa qui vix volunt ire ad eccleſiā ꝓ celeſti glīa acquirenda. Itē de illis qui faciūt magnas abſtinētias pro ſanitate corporis qui ꝓ ſalute anime vix volūt ſoluere eccleſiaſtica ieiunia. Ecce qūo peccator eſt fortis ad malum ⁊ debilis ad bonū: ſed audiat quid dñs talibus dicat Eſa. v Ve qui potentes eſtis ad bibēdū vinū viri fortes ad miſcēdā ebrietatē. Et in eodē caplo Ve q̄ cōſurgitis mane ad ebrietatē ſectandā ⁊ potandū vſq̄ ad veſperā vt vino eſtuetis. Poſtq̄ꝫ igiť iſte dauid offēdit dñm ipſe dñs tāq̄ꝫ pať pius ⁊ miſericors mittit ad eum ꝓphetam ſuum: ideſt ꝓpoſitū vite melioris: vel etiam predicatorem aliquē qui nunciet ei peccatum ſuum ad penitentiā eum inducendo. Ponit autem eum deus in optione vt ſcꝫ eligat alterū iſtorū triū vcꝫ vel penā inferni: vel purgatorij vel preſentis ſeculi: ⁊ hec tria ſignificantur per illa tria que oblata ſunt dauid vt alterum eligeret. Nam per famem ſeptem annorū ſignificatur pena inferni in quo loco ipſi dānati patiuntur ma-

ximam famē: ſm illud Pſal.
Famē patientur vt canes: per
bellū trimēſe ſignificatur pe-
na purgatorii q̄ eſt multo bre
uior ⁊ mitior pena iferni. Sʒ
per peſtilentiā trium dierum
ſignificatur penitētia portā-
da in preſēti vita q̄ ⁊ breuior
ē atq; multo mitior aliis dua
bus. ꝙ ſi pctōr iſtā penam ele
gerit tunc debʒ puniri p̄ tres
dies quorū prim⁹ eſt vera cō-
tritio: ſecūd⁹ integra cōfeſſio
tertius cōpleta ſatiſfactio. Et
ita ptʒ ꝙ virtute penitētie pe
na eterna cōmutatur in tēpo-
ralem: ⁊ ideo ſi prudētes fue
rimus acceptabimus illā q̄ tē
poralis eſt. tū quia breuis: tū
quia mitis: tū quia vtilis: eſt
enī meritoria amplioris gra
tie ⁊ celeſtis glīe: ⁊ ſimul cum
hoc ſatiſfactoria. Pena aūt i
ferni neutrū habet: pena vero
purgatorii ⁊ ſi ſit ſatiſfacto-
ria non tamē meritoria. Pro
pterea di. Aug. in libro de de
cem cordis: ꝙ meli⁹ eſt modi
ca amaritudo in faucibus q̄
eternum tormētū in viſcerib⁹
Hec igitur attendant illi qui
videntur poſtpoſuiſſe deum ⁊
ſalutē animarū ſuarū qui ad
nichil aliud cogitant niſi qua
lr̄ poſſint bn̄ epulari ⁊ letari
in preſenti tanq̄ ſi nō eſſet ali
us ſtatus preter iſtū. Et ideo
bene nos admonet qui dicit
Ne tardes cōuerti ad domi-
nū ⁊ ne differas de die in diē
ſubito enim. ⁊c. Eccle. v.

¶ Secundo iſtud ſecretū ape
ritur claue auctoritatiue pba
tionis: dicit enim deus peni-
tenti: illud Eche. iiij. Diem p
anno dedi tibi. Ubi per annū
intelligitur diuturnitas pe-
ne purgatorii: vel perpetui-
tas pene inferni. Tunc ergo
de⁹ dat diem pro anno peni-
tenti quando commutat pe-
nam eternam in temporalem
vel cum acceptat modicā pe-
nam in preſenti: in defalcatio
nem pene portande in purga
torio. Propterea dicitur Ec
cleſiaſtici vndecīo ꝙ malitia
ideſt pena hore obliuionem
facit luxurie magne: ideſt extī
guit magnam penā in alio ſe
culo portandam. Unde circa
hanc materiam ponūtur tres
veritates.

Q ¶ Prima igitur veri-
tas. Non eſt regulariter no-
bis certum q̄ta temporalis
pena reſtat ſoluenda ſiue hic
ſiue in purgatorio poſt verā
cōtritionē ⁊ penitētiā de pec-
catis. ptʒ iſta veritas qꝛ talis
pena taxat̄ ſcđm determina-
tionē ⁊ diffinitionē diuini cō
ſilii ⁊ iuditii quod eſt nobis
occultiſſimum. Nam in com-
prehenſibilia ſunt iuditia dei
vt habetur Roma. xj.

R ¶ Secunda veritas Nō
eſt vniuerſabiliter verum ꝙ
cuilibet mortali peccato cor
reſpōdeat ſeptennis ſemper

pnia ſiue in pn̄ti ſiue i purga-
torio portāda. Ptꝫ q: ſtat ꝙ
aliqs tm̄ cōterat de pctō ꝙtū
cūqꝫ graui ꝙ ſic decedēs dum
mō confeſſus euolet ad celos.
Hoc ptꝫ de bono latrone: cui
miaꝫ ex corde poſcenti dictū ē
a xp̄o. Luc.xxiij. Hodie mecū
eris in paradiſo.

S ¶ Quod ergo iura taxāt
pniam ſeptemneꝫ ꝑ quolibet
mortali: vt patꝫ in Decretis.
xxxiij.q.ij.Hoc ip̄m. Aliqñ āt
pniaꝫ decēnē: vt ptꝫ vbi ſupra
c.Latorē: vbi matricide ipo-
nit pnia decēnis. Et ſilr̄ pe
nitentiā taxāt religioſe forni-
cāti et corruptori eius: vt ptꝫ
xxvii.q.i.Deuotā. Aliqñ autē
pniam.xv.ānorū: vt ptꝫ.xxx.
q.i.Si quis ſacerdos. Et.c.ſe
quēti qđ incipit. Nō debꝫ epi
ſcop⁹ vbi pnia.xv.ānorū.im-
ponit ſacerdoti aut ep̄o qui fi
liā ſuā ſpūalez cognouerit: et
hoc vbi crimen deuenerit ad
noticiā multorū ꝙuis inꝙ iu
ra ſic taxent rigoroſas pnias
tñ hodie oēs pnie in foro inte
riori ſunt arbitrarie: vt patet
xxvi.q.vii.Hoc ſit poſitū:⁊.c.
tpa Sic tñ ꝙ ꝑ grauiori pecca
to grauior pnia imponat: et
ꝑ minori minor. Et hoc ē qđ
dicitur in.c.ꝑ qualitate: cā et
queſtiōe vbi ſupra: ꝑ qualita-
te delicti tp̄s pnie impendat.

T ¶ Querit aūt glo.ſup il-
lo capi.Hoc ſit poſitū.Si ſa-
cerdos poſſit totū tempus re
mittere.Et reſpōdet ꝙ nō: ſi-
cut expreſſe patet.xxiii.q.iiij.
Si is qui prelatus.

V ¶ Tertia ꝟitas.Rōnabi-
liter pnie ſunt mitigande ſm
qualitatē pſonarū.patꝫ: q: vt
habetur.xxvi.q.vii. alligant:
et ſunt ꝟba Chriſo.ſup Mat.
Si erram⁹ modicā pniaꝫ im
ponētes nōne melius eſt pro-
pter miam rōnē reddere: ꝙ ꝑ
pter crudelitateꝫ.Ubi eñ pa-
terfamilias largus eſt: diſpē-
ſator non debet eſſe tenax. Si
deus benign⁹: vt qđ ſacerdos
eius auſterus vult apparere.
Hec ibi.Itē in eadē queſtione
⁊ cā.c.tpa.dꝫ ſic Tpa peitutu
nis habita moderatiōe conſti
tuēda ſunt tuo iudicio ꝑut cō
uerſorū animos pſpexeris de
uotos eſſe: piter etiā habētes
etatis ſenilis intuitū et picu-
lorum quoqꝫ quorſicunqꝫ aut
egritudinū reſpicietes neceſſi
tates.hec ibi.Ptꝫ ergo ꝙ pe-
nitētie oēs ſunt arbitrarie:
ſicut habetur in glo.ſup eodē
c.Et ita pn̄t ⁊ debēt rōnabilr̄
mitigari penſata cōditione et
qualitate pſonarum: aſpecta
etiā diſplicentia penitentis.

Sermo.xvii.

VIdi librū
ſcriptū intus et fo-
ris ſignatū ſigillis
ſeptem Apocal.v.
Beatus Johannes vidit tri-
plicem librum.

Gñationis humanalis.
vidꝫ Incarnationis diuialis
Sctificatiõis ſacralis.

A ¶ Primo igitur vidit librũ generatiõis hũanalis. In cui⁹ quidẽ libri cap.xvij. legiturq̧ Roboam genuit abiam Ubi notandũ ꝙ Abia interp̄tatur pr̄ dñs. Iſta aũt interpretatio cõuenit tribus generib⁹ pſonarũ.

Ieſu chriſto.
videlicꝫ Uiro iuſto.
Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur cõuenit ieſu chriſto: q̄ merito dicitur abia.i.pr̄ dñs. Eſt em̄ pr̄ iuſtorũ ſm illud.ii. Reg.vii. Ego ero illi in patrẽ. Item eſt dñs vniuerſorũ. In cuius ſignum Oĩa quecũq̧ voluit fecit in celo, et in terra: i mari: ⁊ in oĩbus abyſſis: vt di. Pſal. Sed qm̄ in interp̄tatiõe noĩs abraham: qui tm̄ valet ſicut pater multarũ gentiũ: dictum fuit quõ deus dr̄ pater: ⁊ ſimiliter vir iuſt⁹: virgo aũt maria mater. Ideo ſecundã interpretatiõnẽ pſequamur. Abia ergo dñs interpretatur: que quidẽ interpretatio conuenit

C ¶ Primo ieſu chriſto: taꝫ ſcḋm diuinitatẽ: ꝙ ſm humanitatẽ. ¶ Primo nanq̧ ſcḋm diuinitatẽ dr̄ dñs: quaſi dans manus.i.auxiliũ bene opãti bus ſm qḋ dicit Pſal. Auxiliũ meũ a dño qui fecit celũ et terrã. Ipſe em̄ eſt qui dicit in Pſal. Manus mea auxiliabitur ei: ſcꝫ bene viuere volẽti: et brachiũ meũ confirmabit eũ. Quãtũ aũt valeat iſtud auxiliũ oſtẽditur cũ ſubditur. Nichil pficiet inimicus in eo: ſcꝫ diabolus: qui anthonomatice dr̄ inimicus hoĩs iuſti: ⁊ filius iniq̄tatis: id ẽ q̄ inimicus non apponet nocere ei. Et q2 etiã iuſti et deuoti timẽt potẽtiã diaboli potiſſime in articulo mortis. Ideo di. de⁹. Et cõcidã a facie ĩpius ſcꝫ iuſti inimicos eius.i.demones ⁊ odiẽtes eũ in fugã conuertã: ne ſcꝫ illi noceãt et viã celi p̄pediãt. Dicamus ergo ei cũ Pſal. Fiat manus tua vt ſaluet ⁊ tenebit me dextera tua: ſcꝫ in articulo mortis: quando videlicꝫ grandia pericula imminebũt michi a filio iniq̄tatis diabolo. Scḋo dicit̄ dñs quaſi minãs pctõrib⁹. Ipẽ em̄ ẽ dñs ille de quo Pſal. Niſi cõuerſi fueritis gladiũ ſuũ vibrauit: arcum ſuum tetendit et pauit illũ. Et i eo parauit vaſa mortis.i.inſtrumenta mortifera: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Sagitte em̄ ardentes valde piculoſe ſunt et atroces: et ideo ſignificant rigorem diuine iuſticie contra malos. Iteꝫ ipſe eſt dominus ille qui oliꝫ dixit minas iudeis. Leuitici vigeſimo ſexto dicẽs. Si ſpreueritis leges meas et iudicia mea cõtẽpſeritis: vt nõ facia-

quo ibi exiſtente ⁊ adhuc languente: venit Joab qui interpretatur pater. i. ſacerdos: q̄ eſt pater ſpūalis penitentium rogans ipſm dauid. i. patrē celeſtē offerendo ſibi oblationē altaris orones ⁊ ſuffragia eccleſie: vt dignetur reuocare filiū de purgatorio ⁊ eū recipere in ſuo palatio celeſtis glorie. Et hoc ē quod dicit ſacerdos in miſſa. Suſcipe ſctā trinitas hāc oblationē: quā tibi offero ī memoriā paſſiōis dñi nr̄i ie. xp̄i: ⁊ pſſa vt in cōſpectu tuo. ⁊c. Poſt auditas igit̄ p̄ces miniſtrorū eccl̄ie tandem pr̄ celeſtis iubet ad ſe veīre fugitiuū abſalō ⁊ tūc eū āplexat̄ et oſculatur in ſignū perfecte recōciliatiōis atq; ſecū manere facit ī celo Patz igit̄ q̄ ſicut abſalon poſt fricidiū et pr̄naz offenſam tandē in mia patris ſui dauid eſt receptus. Jta et pctōr q̄tūcunq; ſcelus perpetrauerit: ſi tn̄ penitere voluerit et cōſilio Joab. i. boni confeſſoris crediderit cum effectu obediendo tandem miſericordiam a deo conſequetur.

¶ Scđo iſtud ſecretum aperitur claue auctoritatiue probationis. De hoc em̄ ſcribitur Eze. xviii. vbi introducuntur verba dei dicētis. Si impius egerit penitentiā ab om̄ibus pctīs ſuis que operatus eſt et cuſtodierit oīa precepta mea: et fecerit iudiciū ⁊ iuſticiā vita viuet ⁊ non morietur: ⁊ omniū iniquitatū eius quas operatus eſt non recordabor. Itē Math. xviii. legitur: q̄ cū petrus interrogaret xp̄m dicēs. Dñe quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei? Uſq; ſepties. Cui xp̄s reſpondit. Non dico tibi Petre vſq; ſepties ſz vſq; ſeptuagies ſepties. i. totiēs quotiens voluerit penitere: quia ibi ponitur numerus finitus pro infinito vt dicit glo. Item de hoc ſcribitur de pe. d. iii. Talis. Ubi ſic loquitur Chr̄. Talis mihi crede talis eſt erga homines pietas dei q̄ nunq̄ ſpreuit penitentiam: ſi ei ſincere ⁊ ſimpliciter offeratur: et ſi ad ſummum quis perueniat malorū et inde tn̄ velit reuerti ad virtutis viam ſuſcipit ⁊ libenter eum amplectitur deus: facit em̄ om̄ia quatenus ad priorē reuocet ſtatum. Et qđ eſt adhuc preſtātius et eminentius etiā ſi nō potuerit quis explere in preſenti ſatiſfaciendi ordinē q̄tulācūq; tn̄ et q̄lz breui tempe geſtam non reſpuit penitentiā. Hec ibi. Unde ad cōfirmandū propoſitum ibi allegat̄ hiſtoria de rege Achab ſceleratiſſimo viro: que habet̄ tertio Regū viceſimo primo. de quo tandem dicit dominus ad Helyam. Uidiſti quomodo compūctus eſt Achab a facie mea: quia fleuit in conſpe-

ctu meo nō inducam malū.in diebus eiꝰ. Item deuotꝰ Ber. de hoc loquēs dicit ſic in quodam ſermōe. O mnino ꝓpter manſuetudinem que de te predicatur curremus poſt te dñe ieſu: audiētes ꝙ pauperē non ſpernas: pctōrem nō horreas non eīm horruiſti confitētem latronem: non lachrymātem peccatricem: non cananeā ſupplicātem: non in adulterio deprehenſam: non ſedētem ī theloneo: non ſupplicantem publicanum: non negātem diſcipulum: non perſecutorem diſcipulorum: non ipſos crucifixores tuos. hec ille. O ãpliſſima dei mīa. O largiſſima dei charitas. O infinita patris celeſtis dilectio que tanta eſt vt ſi daretur per poſſibile vel impoſſibile homo violator ſecū ferens oīa pctā demonū et dānatorꝫ hoīm qui ſunt et erunt īmo ǭ haberet tot pctā quot ſunt ſtelle ī celo: gutte aque in mari: folia in arborib': grana arene in mari: et quicquid in iſtis inferiorib' ǭtūcūqꝫ multiplicatum inueniri pōt: et de illis penitere vellet, oīa illi remitteret deus, et ad miſericordiā ſuſciperet. Sed tamen ꝓ ampliori declaratiōe huiꝰ hic inſerūtur tres veritates.

P ¶ Prima vītas. Sicut ī pñti nullū eſt pctm̄ ſimpliciter irremiſſibile ǭtūcūqꝫ graue: ita ꝑ oppoſitū in inferno nullū eſt remiſſibile etiā ǭtūcūqꝫ leue. Probatio eſt clara: qꝛ ī inferno nulla ē redēptio. Nec deꝰ dimidiā dat veniam

Q ¶ Scd̄a vītas. ſicut nullus citra deū pōt eſſe ſūme bonus ſic nec aliqs pōt eſſe ſūme malꝰ. Pria pars eſt ſatis nota: ſed ſcd̄a ꝓbatur ꝑ illud ps. Supbia eoꝝ q̄ te oderūt aſcēdit ſemꝑ. Nichilominus vniuerſitate malorū ſm̄ genꝰ poteſt qs eſſe ſūme malus: qꝛ pōt qs eſſe infectꝰ ſeptē pctis mortalibꝰ. Pōt tn̄ qs ꝑuenire ad ſūmū malorū ſm̄ qd: cuiꝰ ſcꝫ deſꝑabilis eſt correctio: vt hꝫ ī glo. ſ. i. c. Talis de pe. d. iij.

R ¶ Tertia veritas. Omne pctm̄ mortale ex ꝓpria in dignitate eſt irremiſſibile, etiaꝫ in pñti ſtatu: et ꝙ remittatur hoc ſolū ē ex infinita dei mīa. Patꝫ per illud Treñ. iij. Miē dñi eſt ꝙ non ſumꝰ cōſumpti ſcꝫ ī pctis nr̄is. ⁊c. Etiā ptꝫ ꝑ illd̄ Ozee. xiij. Perditio tua iſrael ex te tantūmodo in me auxilium tuum.

¶ Sermo ſextuſdecimus.

Vidi librum ſcriptū intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptē Apocal. v. Notãduꝫ ꝙ beatus Johannes vidit triplicem librum: videlicet. Generationis humanalis. Incarnationis diuinalis. Sãctificatiōis ſacramētalis.

A ❡ De prio libro ſcribitur Math.i. Liber gñationis. In capit. aũt. xvi. huiꝰ libri legit ꝙ Salomon genuit Roboam Sub iſto aũt Roboam primo diuiſus eſt ppl's hebreorũ ſeu regnũ iudeorum ĩ duo regna vt ptꝫ.iij.Reg.xij. Nam decẽ tribꝰ receſſerũt ab iſto roboam et adheſerũt ieroboam: et tũc dictũ eſt regnũ iſrael: due aũt tribus q̃ remãſerũt ipi roboã dicte ſunt regnũ iuda. Iſte ergo roboã volẽs ĩ ſubditos ſeuire ad inſtar pr̃is ꝑdidit decem ꝑtes regni: ꝛ bona tpalia que illi pater eiꝰ ſalomon ſupbiẽdo ꝛ luxuriãdo cõgregauerat tãꝙ heres fatuꝰ diſſipauit Ita ꝛ hodie adhuc multi ſunt quorũ pr̃es magnas diuitias poſſederũt/ꝛ nũc ipi filij ſunt mẽdici: qꝛ forte eorũ parẽtes male ꝯgregauerũt: pauperes opprimẽdo: vſuras faciendo: et malas exactiones exercẽdo Iſtis filijs põt dici illud Mathei.xxiij. Teſtimoniũ vobis eſt ꝙ eſtis filij patrũ veſtrorum.

B ❡ Item dicit Chryſoſto. ꝙ regnũ iudeorũ pacificũ fuit et integrũ q̃diu ipe Salomõ ſeruiuit deo in iuuentute: ſed poſtꝙ Sathanas incitauit eũ ad fornicationem ꝛ ydolatriã cepit ſcindi regnũ ſuuꝫ: et tpe filij ſui Roboam totaliter ſciſſum eſt adeovt de.xij.tribꝰ ĩ m̃ due ſibi remãſerũt. Sic ꝛ regna xp̃ianorũ q̃diu in ipis bene ꝛ fideliter cultus eſt deꝰ pacifica fuerũt: ſed poſtꝙ xp̃iani dederũt ſe fornicatiõibꝰ: blaſphemijs ꝛ ceťis pctis orta ſũt bella inť pricipes catholicos

C ❡ Ad ꝓpoſitũ igiť redeũtes notãdũ ꝙ Roboam interpretatur latitudo ppl'i ſeu dilatans populum. Que quidẽ interpretatio cõuenit tribus generibus perſonarum.

videlicet Ieſu chriſto.
Viro iuſto.
Virgini marie.

D ❡ Prio igitur xp̃s merito põt dici Roboam.i. dilatatio ppl'i tam ẜm ꝙ deꝰ q̃ ẜm ꝙ homo. Nam ẜm ꝙ deꝰ primo ex vno ſolo: ſcꝫ Adam dilatauit ꝛ multiplicauit totuꝫ genꝰ humanũ. Itẽ poſt diluuiuꝫ ex octo ꝑſonis dilatauit iterũ pplm̃ ſuũ. Item ex vno ſolo ſcꝫ Abraham dilatauit ritum circũciſiõis Gen.xvi. Et ſil'r ex eo dilatauit fideles ẜm ꝙ ꝓmiſerat ei Gen.xxij. Multiplicabo ſemen tuũ.i. fideles qui ex te egredientur: ſicut ſtellas celi ꝛ velut arenam que eſt in littore maris. Et ſequitur. Et bñdicẽtur ĩ ſemine tuo oẽs gentes. Et ꝓpterea dictus eſt Abraham.i. pater multarum gẽtiũ ſeu pater multitudinis Item intantũ dilatauit.xij.filios Iacob ꝙ ex eis deſcẽderũt xij.tribus iſrael ſcd̃m ꝙ ꝓmiſerat ipi Iacob Gen.xxviij. dicẽs ei. Dilataberis ad oriẽtẽ

et occidētē ⁊ ſeptētrionē et meridiem: ⁊ erit ſemen tuū quaſi puluis terre: atq; benedicētur in te ⁊ in ſemine tuo cūcte tribus terre. Jtem ex paucis aīabus que deſcēderāt in egyptū tēpore Joſeph: vcȝ. lxx. intātū repleuit terrā egypti ꝙ pharao rex egypti timuit ne dn̄arentur terre egypti ſi amplius permitterentur multiplicari. Propter qđ voluit eos delere precipiēdo obſtetricibus hebreorū vt maſculos interficerent Exo. i. Merito ergo ipſe dr̄ Roboam: hoc eſt dilatans populū. Vn̄ de eo pōt dici illud qđ ad litterā legit̄ de Symone machabeo. i. Machab. xiiii. Dilatauit fines gētis ſue.

E ¶ Preterea poſtꝗ ipſe deus eſt homo factus adhuc per amplius cepit eſſe Roboā. i. dilatās populū adeo vt ex. xii. apl̄is multiplicauerit vniuerſitatem xp̄ifideliū. Mar. vi. Conuocauit. xii. et cepit eos mittere binos: ſcȝ ad predicādum regnū dei: vt dr̄ Luce. ix. Propterea ip̄e dicebat eis Jo. xv. Ego elegi vos ⁊ poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: vcȝ in cōuertēdo populū ad fideȝ catholicam: et fructus veſter maneat: ſcȝ in eterna gloria. vt exponit de Lyra. Jtē nūqd valde dilatauit populū fidelem quādo in oēm terrā exiuit ſonus predicationis apoſtolorum. Jtem dilatauit populum quādo ex vno patre religionis tot fratres per orbē multiplicauit: ſicut factuȝ eſt de beato Benedicto Baſilico Anthonio Bernardo Dn̄ico Frāciſco: ⁊ ſic de aliis. Poſſumus ergo merito de eo dicere illud qđ ad litterā legit̄ de Juda machabeo: videlȝ ꝙ dilatauit gloriam populi ſui. i. Machabeorum. iii.

F ¶ Scđo dicta interpretatio merito cōuenit homini iuſto qui debet dilatare nō quidem populū: ſed tria que ſunt in ip̄o: vcȝ cor: os: et manus. ¶ Primo nēpe debet dilatare cor ſuū ad affectādū et diligēdum intātū vt ſe extēdere poſſit ad diligēduȝ nedū amicos ſed etiā inimicos: non ſolū vicinos ⁊ propinquos: ſed etiaȝ aduenas ⁊ peregrinos. vn̄ p̄s Et ambulabam in latitudine .ſ. dilectiōis amādo quoſcūꝗ etiam malos. Jſtam latitudinem cordis voluit nos habere xp̄s qn̄ dicit Math. v. Diligite inimicos veſtros. ⁊c. Hāc latitudinem cordis habuit ſalomon ſcđȝ ꝙ de eo dr̄. iij. Re. iiii. Dedit dn̄s Salomoni ſapiētiam ⁊ prudētiam ⁊ latitudinem cordis. Hāc latitudinē cordis habuit xp̄s qn̄ orauit ꝓ ſuis crucifixoribus Lu. xxiii. Jtem Stephanus qn̄ orauit pro ſe lapidantibus Act. vii. ¶ Scđo vir iuſtus debet dilatare os ſuū ad deprecāduꝫ

ps. Os meū aperui ⁊ attraxi ſpiritum. Et alibi. Exaudiuit me in latitudine dñs. Et ad hanc dilatationem nos hortatur dñs dicēs in ps. Dilata os tuum: ſcʒ ī oratione: et implebo illud .i. te exaudiam.

¶ Tertio debet vir iuſtꝰ dilatare manus ſuas ad erogādū pauperibus ſm ꝙ dñs precipit Nūe. xxiij. Pluribus dabitis latiorem partem. Sed prochdolor multi dilatāt cor ſuū ad odiendum non ſolum inimicos: ſed ⁊ amicos benefactores ⁊ propīquos quod eſt valde deteſtandum. Contra quos ps. Pro eo vt me diligerent detrahebant michi: et poſuerūt aduerſum me mala pro bonis ⁊ odium pro dilectione mea. Alij dilatant os ſuū ad blaſphemandum dñm De quibus conqueritur ī ps dicens. Dilatauerunt ſup me os ſuum. Alij dilatant manꝰ ſuas ad rapiendum aliena: ſicut ſunt fures ⁊ vſurarij. Unde de auaro ſcribitur Abacuc ij. Dilatauit quaſi infernꝰ animam ſuam: et ipē quaſi mors et non adimplebitur. Nam ſicut infernus eſt inſatiabilis: et alios affligit qui ibi ſūt: ita et auarus eſt inſatiabilis: nec alios ceſſat affligere .ſ. paupes ꝯ

¶ Tertio dicta interpretatio conuenit beate virgini que merito dicitur Roboam id eſt dilatatio populi. Nam ſicut gallina dilatat alas ſuas ſuper pullos ſuos vt ꝓtegat eos contra miluum: ſic ⁊ beata vgo extēdit ⁊ dilatat alas mie ſue ſup populum ſibi deuotum: ſm illud Deut. xxxij. Expandit alas ſuas ⁊ aſſūpſit eos: atq͡ʒ portauit in humeris ſuis: ſupple ſibi deuotos ⁊ ſincere famulantes. Propterea canit eccleſia. Sub tuum preſidium confugimꝰ ſancta dei genitrix. Unde in figura huiꝰ legitur .ij. Reg. xvij. ꝙ quedaʒ mulier expandit velamen ſup os putei: in quo latitabāt Jonathas ⁊ achimas ſerui Dauid: cum ſcʒ eos quererēt ſerui Abſalon vt traderentur ad mortē. Similiter de hoc alia et quidem ſimilis figura legitur Joſue. ij. Ubi legitur ꝙ cū Joſue miſiſſet duos viros ad explorādum terram ꝓmiſſionis: et ſignāter ciuitatem Jericho: ꝙ primum ingreſſi ſunt ciuitatē, rex Jericho eos perquiri fecit: ſed quedaʒ mulier noīe Raab abſcōdit eos in ſolario domus ſue, operiēs eos ſtipula q̄ ibi erat. ¶ Ad propoſituʒ hec mulier ſignificat virginem glorioſam que ſup refugiētes ad ſinū miſericordie ſue dilatat pallium ſeu velamē miſericordie ſue ne eos capiat diuina iuſticia. Et ſic patet quomodo merito dicitur Roboam. Et ſic patet de primo libro.

SEcūdus liber dicitur incarnatiōis diuinalis. Et Qui quideꝫ liber ſcriptus eſt intus ⁊ foris. Intus quidem q̄tum ad vetus teſtamentum in quo inuenimus de hac ſanctiſſima incarnatiōe duo magna teſtimonia.

¶ Primo quidem vnā pulchram figuram Iudicum. xiij Ubi legitur q̄ filij iſrael peccauerunt contra dn̄m: propter quod tradidit eos in manib⁹ philiſtinorum multo tēpore vcꝫ. xl. annis. ¶ Hic aūt temporis erat quidā homo hebreus noīe Manne, habens vxorem ſterilem. Illi ergo vxori apparuit angelus dn̄i dicens. Ecce concipies filium qui erit nazareus dei. i. deo cōſecratus ab infantia ſua ⁊ ex vtero matris et ipſe incipiet liberare iſrael de manu philiſtinorum.

¶ Ad propoſitum per iſtam hiſtoriam aperte prefigurata eſt incarnatio filij dei Iſte eñi filius nunciatus vxori manne dictus eſt Sanſon: vt habetur in fine predicti capituli. Sanſon aūt interpretatur ſol eorꝫ et ideo pulchre ſignificat xp̄m de quo ſcribiť Malachie. iiij. Orietur vobis timentib⁹ deū ſol iuſticie: et ſanitas in pēnis eius: ſup. orietur. Penne eñi ieſu xp̄i ſunt electi qui poſt generalem reſurrectionem fruētur ſanitate.

D ¶ Conceptio igitur ſanſonis prefigurauit conceptionem ſaluatoris ī multis. Primo ex parte nunciantis: quia vtraqꝫ conceptio nunciata eſt per angelum. Scd̄o ex parte nunciati: qꝫ vterqꝫ nūciat⁹ fuit deo conſecratus: ſcꝫ tam ſanſon q̄ xp̄s. Tertio ex parte cōceptionis: qꝫ vtraqꝫ miraculoſa fuit. Illa quidē qꝫ ex matre ſterili: iſta vero qꝫ ex virgine. Quarto ex parte operis vel finis: quia vterqꝫ liberauit populum. Ille quidem corporaliter et tēporaliter. Iſte vero ſpūaliter ⁊ eternaliter.

I ¶ Iuxta aūt hiſtoriā tria ſunt notāda. Primum q̄ ipſe ſanſon fuit vnus de quattuor quorū noīa ī veteri teſtamēto per angelum prenūciata ſunt Quorum prim⁹ fuit yſmael Gen. xvi. Secūd⁹ yſaac. Gen. xviij. Terti⁹ Ioſias. iij. Regū xiij. Quartus ſanſon: de quo hic. Silr̄ in nouo teſtamento aliquorꝫ noīa per angelū nunciata legūtur: et iſti ſunt tātū duo: vcꝫ Saluator noſter, et Iohānes baptiſta: de quibus habetur Luce. i.

K ¶ Secūduꝫ notādum eſt circa cōceptionem Sanſonis q̄ non ſic fuit deo cōſecratus ex vtero matris ſue q̄ tūc fuerit a peccato originali purgatus: qꝫ ſi ſic tunc deinceps nō potuiſſet mortaliter peccare: qđ eſt falſum: nam ⁊ mortaliter aliqñ peccauit vt ptꝫ intuē

ti librum Judicū. Sed vt di-
cit de Lyra iſta conſecratio in
telligitur ꝑ donū fortitudis
que eſt gr̄a gratis data: que ex
vr̄o fuit data Sāſoni ꝓ cōſola
tiōe ⁊ liberatiōe ppl̄i iſrl̄itici.
R ¶ Tertium notādum eſt
ꝙ cū ppl̄us iſrael deū deuote
colebat tūc pacem ex omi par
te habebat: ſed ꝙ̄ primū ſe ad
ydolatriā aut ad aliud pctm̄
cōuertebat ſtatim ſequebatur
diuina vltio ⁊ pena. Et hunc
modum etiaꝫ hodie obſeruat
deus circa populū xp̄ianum.
Nam ad magnam dei miam
pertinet non diu ſinere hoīes
peruerſe agere: ſed ſtatim vl-
ciſci ⁊ penam adhibere.
¶ Scdo infra hūc librū vete-
ris teſtamēti inuenimus vnā
ꝓphetiam de hac digniſſima
incarnatione: vcꝫ Eſa. lij. Ubi
dicitur ſic. Hec dicit dn̄s. i. re
uelauit gratis venūdati eſtis.
interl̄. ſcilꝫ diabolo vr̄a ſpōte.
Et ſine argento redimemini.
interl̄. i. ſine vllo merito vr̄o:
ſed gratuito dei bn̄ficio. Redi
memini inꝙ̄ ſanguine filij dei
vt dicit eaḋ glo. Dn̄s aūt car
di. ſic exponit. Gratis venūda
ti eſtis: vos ſup. pctōres: quia
pro iniquitatibꝰ quas feciſtis
volūtarie venūdati eſtis dia-
bolo. Eſaie. l. Quis eſt credi-
tor meus dicit dn̄s cui vēdidi
vos. q. d. Non vēdidi vos dia
bolo: ſed voſipſi. ꝓpterea ſe-
quitur. Ecce enī in iniquitati
bus veſtris venditi eſtis. Uel
ideo gratis venundati eſtis.
O miſeri pctōres: q꞉ nec com
modū inde habuiſtis mercan
do cū diabolo: ſed maximum
dānum. ꝑs. Uēdiſti populum
tuum ſine precio. Et Treñ. i.
Ois populꝰ gemēs dederūt
precioſa pro cibo ad refocillā
dam aīam ſuaꝫ: precioſa inꝙ̄
ſcꝫ nature gratie ⁊ glorie. Et
Prouer. x. Cor impiorū pro
nichilo. Propterea Paulus
loquens ad dānatos dicit ſic
Subſannādo ⁊ deridēdo eos
Ro. vi. Quem fructū habui-
ſtis in quibus nūc erubeſcitis
Taliter autem ſe venūdatum
fuiſſe aſſerebat Paulus cū di
cebat Rom̄. vij. Ego autē car-
nalis homo venundatus ſub
peccato ſup. ſerui. Nunqd igi
tur gratis venundatur diabo
lo miſer luxurioſus quando
pro momentanea ⁊ fetida de
lectatione vendidit aīam ſuā
diabolo? Similiter ⁊ auarus
ꝓ denario aut obolo. Simi-
liter ⁊ ſuperbus pro modica
et trāſitoria gloria. Et ſic de
alijs pctōribus: de quibꝰ po-
teſt inferri ⁊ dici quoniā gra-
tis venundati eſtis. Propter
ea dicitur Eſaie. xlij. Quis ce
cus niſi qui venundatus eſt?
Ualde profecto cecus eſt qui
nō videt quomodo decipitur
a diabolo cui vendit animam
ſuam pro tali moneta ſicut eſt
culpa mortalis. Seqtur. Et ſi

ne argento redimemini: quia ſanguine filij dei. Propterea dicitur. i. pet. i. Nō corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de veſtra vana conuerſatione paterne traditionis: ſed precioſo ſanguine agni incontaminati et immaculati ieſu chriſti.

M ¶ Sed contra. Daniel. iiij. dicitur. Peccata tua eleemoſynis redime. Et Prouerbiorū decimotertio. Redemptio anime viri proprie diuitie. Reſponſio: qui venditus eſt diabolo per pctm̄: per hec redimi nō poteſt: ſed bene poteſt per ea habilitari ad conſequendū effectū dominice redemptionis. Iſta deberēt aduertere illi queſtores et predicatores indulgentiarum: qui cum pene infinitis mendacijs et fallacijs nituntur vendere paradiſuz pretio appreciato: ſicut venduntur equi et porci in foro, dicentes. Venale habeo. Quid? Regnum celoruz. Quo emitur? auro: argento monetato et non monetato: Bonis lintheaminibus: capitegijs: ſeruietis: ſtangneis vaſis: frumento: ordeo ꝛ huiuſmodi. Et poſt hec nouit dñs quomō et qualiter: ꝛ in quos vſus talia expendūtur.

¶ Secundo extra hunc librū inuenimus vnam veritatem apertam. videlicet Iohānis octauo: vbi legitur ꝙ cum Iudei murmuraſſent contra chriſtum eo ꝙ dixiſſet eis. Ego vado ꝛ queretis me ꝛ in peccato veſtro moriemini. Ipſi tanꝙ imbecilles non intellexerunt verbum: ſed ceperunt dicere. Nunquid interficiet ſe ipſum quia dicit. ꝛc. Quorū interrogatiōi reſpōdens ait. Vos de deorſum eſtis: ideſt de maſſa corrupta pondere originalis peccati: vt exponit de lyra Vel deorſum eſtis: ideſt carnales ꝛ terreni. vt dicit dñs Hugo cardinalis. Ego vero de ſupernis ſum: tam ſecundum diuinitatem ꝙ ſecundū humanitatē: ſecundum diuinitatem quidem de ſupernis ſum: quia illam habeo a patre qui ſuperius habitat: ſecūdū illud Pſalmiſte. Dominꝰ in celo ſedes eius. Secūdū vero humanitatem de ſupernis ſū tū quia anima mea creata eſt a deo patre: tum quia corpꝰ meum formatum eſt virtute ſpūſſancti Luce. i. Spūſſanctꝰ ſupueniet in te ꝛ virtꝰ. ꝛc. Vos de hoc mūdo eſtis: ideſt de numero mūdanorū ꝛ amātiū mūdū. Ego nō ſū de hoc mūdo: ſed prior iſto mūdo vt dicit. Interl. Vel ꝑtāto non ſū de hoc mūdo: qꝛ nō adhereo mūdanis ꝑ amorē. Vel nō ſū de hoc mūdo cōmuni lege naſcēdi: vt exponit dñs card.

N ¶ Sed obiicit manicheus dicēs. ꝙ ſi non eſt de hoc

mūdo xp̄us: ergo nō vere ha
buit naturā humanā: quia il-
la eſt de hoc mūdo: ⁊ vlterius
ergo nō fuit ver⁹ hō. ¶ Rñ-
ſio. Iſte termin⁹ mūd⁹ in pro
poſito eſt nomē male affectio
nis: ſm ꝙ dr̄. j. Johā. v. Quot
tot⁹ iſte mūdus in maligno
poſitus eſt. Et ꝓpterea dicit
Criſo. Quod ꝑ hoc nō dicit ſe
carnē nō ſuſcepiſſe vt heretici
dicūt: ſed ꝑ hoc oſtēdit ſe pro
cul eſſe a mūdi nequitia. Si-
cut ⁊ de diſcipul' ait Jo. xvii.
ꝙ de mūdo nō ſūt. Seq̄r. Di-
xi ergo vobis q2 moriemini
in pctīs vr̄is: vcꝫ infidelitatis
⁊ crudelitatis. Si eñ nō cre-
dideritis: cū ſufficiētē habea-
tis ꝑſuaſionē: q2 ego ſū: ſup-
ple verus deus: moriemini in
pctō vr̄o: antonomatice infi-
delitatis. i. ꝓ illo pctō dāna-
bimini. Cū ergo eum interro
gaſſēt iudei dicētes. Tu quis
es? q. d. quē teipm̄ facis vt ta-
lia nobis cōmineas. Sed ad
hanc queſtionē iam dudū rñ-
ſum eſt. vcꝫ Exodi. iii. Ego ſū
qui ſū. vel qui eſt miſit me ad
vos. Nichilomin⁹ adhuc ex
humilitate rñdet eis vt nullā
excuſationē habeant a modo
ſue incredulitatis: dixit eis.
Ego pricipiū ſū ſupple. i. eter
n⁹ ab eterno p̄re ꝓmogenitus
añ omnē creaturā: q̄ ⁊ loquor
vobis: ex tēpore fctūs homo
ꝓpter vos vt poſſitis me in-
telligere. In quibus verbis
euidenter ſe oſtendit duas na
turas habere: ſcꝫ diuinā ⁊ hu
manā. Sed fortaſſis apud ſe
dicet aliquis. Ego credo in fi
liū dei ſicut eccl'ia ꝑcipit cre-
dendū: ⁊ ita ſpero ſaluari. Sꝫ
aduertat ꝙ etiā demones cre
dūt ⁊ cōtremiſcūt qui tamen
nūꝗ̄ ſaluabunt. Nō ergo ſuf-
ficit credere deū aut deo ad ſa
lutē cōſequēdū: ſed oportet in
deū credere: Credere aūt i de
um eſt credendo in ipſum tē-
dere ꝑ bona opa: put dt̄ Bea-
tus Tho. xxii. que. ii. arti. ii.
Propterea dicit apl's Jaco-
bus. ij. cap. ꝙ fides ſine operi
bus mortua eſt. Nā fides ſine
operib⁹ eſt ſicut cādela in lu-
cerna ſine lumie q̄ non ꝓdeſt
qcq̄. ¶ Moralit' de multis
pctōrib⁹ poteſt dici illud qđ
xp̄s dicit de perfidis iudeis.
Moriemini in pctīs vr̄is ⁊ hi
ſunt obſtinati ⁊ qui ad flagel
la dei nolūt emolliri.
O ¶ Modus autē quo hec
incarnatio fctā eſt patere po-
teſt in reb⁹ naturalib⁹: vcꝫ i fe
nice de quo dicit Ambro. in
exameron: ꝙ eſt auis vnica in
ſua ſpecie q̄ habitat in arabia
⁊ viuit multo tēpore: vcꝫ quin
gentis annis q̄ vidēs finē ſuū
imminere facit ſibi domūcu-
lā de thure ⁊ mirra atqꝫ cete-
ris aromatib⁹ in quā intrat
prius tamē ibi ſuſcitato igne
cum reuerberatione aeris ex
alis ſuis facta. Et cū materia

ſu ꝑpoſita ſit multū pinguis ⁊ ſicca: defacili accēdit quib⁹ pactis ipſe fenix in mediū ig nis ſe proiicit ⁊ ſic cōburitur: ex cuius cineribus alius fenix generat: q̄ paulatiue creſcēs tandē ꝑficit ⁊ ſic ſaluat ſuam ſpeciem in vnico indiuiduo. ¶ Ad ꝓpoſitū fenix ē virgo maria ꝓpter ſui ſingularitatē ſic dicta: q2 nec primā ſimilem viſa eſt nec habere ſequentē. Ex iſto fenice ortus eſt alt⁹ fenix: ſcꝫ ieſus xp̄s ſine tamen cōmixtione ſeminū. Nat⁹ eſt aūt infra domūculā plenam aromatib⁹. i. in vterū ꝟginis marie q̄ plena fuit odore virtutū omniū. Itē iſte fenix ieſus xp̄s cōſūmat⁹ eſt in cruce ⁊ aduſt⁹ igne doloris: ſed tertia die reuixit. Potuit autē iſte fenix veraciter dicere illud Pſal. Singulariter ſum ego donec trāſeā. ¶ Moralitter perpetuitas fenicis nobis inſinuat ꝑpetuitatē hoīs qui ⁊ ſi in morte incineret: tamen in iuditio idē in numero repabit. Et datur nobis in exēplū ꝙ actor ⁊ creator oīm ſāctos ſuos in ꝑpetuū perire nō pacietur. Sed vt dicit apoſtolus. i. Corin. xv. Corpus noſtrum quod modo ſeminatur in corruptiōe: ſurget in incorruptione: ſeminatur in innobilitate: ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate: ſurget in virtute.

Tertius liber dicit ſāctificationis ſacramētalis ſub cui⁹ ſigillo tertio inuenim⁹ aliud ſecretū: vcꝫ ꝙ virtute ſacramēti penitētie in diſpoſito cōmutatur pena eterna in temporalē. Iſtud ſecretū ponit. d. ſ. iii. p. q. lxxxvi. ar. iiii. Quod quidē ſecretū apit duplici claue: vcꝫ figuratiue declaratiōis ⁊ auctoritatiue ꝓbationis.

P ¶ Prio igit aperitur ꝑ declarationē figure q̄ habet. ii. Re. xxiiii. Vbi legit ꝙ cum dn̄s dediſſet pacē regi dauid per circuitū tūc eleuatum eſt cor eius in ſupbiā ⁊ vocato ad ſe Ioab principe militie ſue ꝑcepit ei vt circuiret terras ſuo dominio ſubiectas atꝙ numeraret populum ſibi ſubiectum: quod cū feciſſet Ioab poſt mēſes nouē ⁊ dies. xx. redijt ad regē dans ei numerū deſcriptiōis quā fecerat ⁊ inuenta ſūt de iſrael octingenta milia virorū fortiū ⁊ paratorū ad bellū: de iuda aūt quīgenta milia. Hoc autē valde diſplicuit dn̄o: quod intelligens dauid clamauit ad dn̄m ⁊ dixit. Peccaui valde in hoc fctō ⁊ ſtulte egi: ſed precor dn̄e ignoſce michi. Miſit ergo ad eū dn̄s Gad ꝓphetam qui diceret Dauid ex ꝑte dn̄i triū tibi dat optio elige quod volueris: aut famē ꝑ ānos ſeptē in omni terra tua: aut bellum

tribus mẽſibus: aut peſtilẽtiã
p tres dies in om̃i terra tua
ſup quo dicit Gre. q̃ q̃ncq̃ dñs
punit populũ temporaliter
ppter peccata principũ ⁊ ma
iorum. Dauid ergo omnibus
hincinde pẽſatis dicit ad Gad
Melius eſt inquit vt incidã in
manus domini q2 multe mĩe
eius ſũt q̃ in manus hominũ
Ipſe aũt dauid ſciebat vt dĩ
de lyra q̃ hec plaga ⁊ ira dei
veniebat ppter pctm̃ ſuum: ⁊
ideo deliberate voluit elige=
re tale genus aduerſitatis cui
ipſe ſubeſſe poſſet ſicut ⁊ ſub=
diti cuiuſmodi eſt peſtilentia.
Si em̃ elegiſſet famẽ p ſeptem
annos. ſciebat q̃ q̃cũq̃ habuiſ
ſet panẽ ipe etiã habuiſſet: ⁊ p
talẽ modũ nõ diuites ſed tm̃
pauperes puniti fuiſſent. Si=
milit̃ ſi elegiſſet bellũ ipe ſcie
bat q̃ ſui milites eũ defendiſ
ſent vſq̃ ad mortẽ ⁊ prius mor
tẽ tolleraſſent q̃ eũ pmiſiſſẽt
corã eis occidi. Peſti aũt po
terat ſubeſſe ſicut ⁊ ſui ſubditi
q2 peſtis nemini pcit: peſte er
go interierũt de populo ſuo
numero .lxx. milia virorũ: et
multoplures mortui fuiſſent
ſi non prohibuiſſet dñs ange=
lum cedentem populum: et
dixiſſet ei. Sufficit nunc con=
tine manũ tuam. Ad propo
ſitum dauid qui interpretat̃
manu fortis ſignificat quẽli=
bet peccatorẽ qui fortis eſt ⁊
potens ad malum ſed debilis

ad bonũ: ſicut patet de illis q̃
pernoctant in ludis taxillo=
rũ ⁊ chartarũ qui vix darent
mediã horã in laudibus di=
uinis. Item de illis qui vagã
tur per mundũ ⁊ maria cupi
ditatis cauſa qui vix volunt
ire ad eccleſiã p celeſti gl'ia ac
quirenda. Itẽ de illis qui fa=
ciũt magnas abſtinẽtias pro
ſanitate corporis qui p ſalu=
te anime vix volũt ſoluere ec=
cleſiaſtica ieiunia. Ecce quõ
peccator eſt fortis ad malum
⁊ debilis ad bonũ: ſed audiat
quid dñs talibus dicat Eſa. v
Ve qui potentes eſtis ad bibẽ
dũ vinũ viri fortes ad miſcẽ=
dã ebrietatẽ. Et in eodẽ capl'o
Ve q̃ cõſurgitis mane ad ebrie
tatẽ ſectandã ⁊ potandũ vſq̃
ad veſperã vt vino eſtuetis.
Poſtq̃ igit̃ iſte dauid offẽdit
dñm ipſe dñs tãq̃ pat̃ pius ⁊
miſericors mittit ad eum p=
phetam ſuum: ideſt ppoſitũ
vite melioris: vel etiam pre=
dicatorem aliquẽ qui nunciet
ei peccatum ſuum ad peniten
tiã eum inducendo. Ponit
autem eum deus in optione
vt ſcz eligat alterũ iſtorũ triũ
vcz vel penã inferni: vel pur=
gatorij vel preſentis ſeculi: ⁊
hec tria ſignificantur per illa
tria que oblata ſunt dauid vt
alterum eligeret. Nam per fa
mem ſeptem annorũ ſignifi=
catur pena inferni in quo lo=
co ipſi dãnati patiuntur ma=

ximam famē: ſm illud Pſal. Famē patientur vt canes: per bellū trimēſe ſignificatur pena purgatorii q̄ eſt multo breuior ꝛ mitior pena iferni. Sz per peſtilentiā trium dierum ſignificatur penitētia portāda in preſēti vita q̄ ꝛ breuior ē atq; multo mitior aliis duabus. ꝙ ſi pctōr iſtā penam elegerit tunc debꝫ puniri ꝑ tres dies quorū prim⁹ eſt vera cōtritio: ſecūd⁹ integra cōfeſſio tertius cōpleta ſatiſfactio. Et ita ptꝫ ꝙ virtute penitētie pena eterna cōmutatur in tēporalem: ꝛ ideo ſi prudētes fuerimus acceptabimus illā q̄ tēporalis eſt. tū quia breuis: tū quia mitis: tū quia vtilis: eſt eñ meritoria amplioris gratie ꝛ celeſtis gl'ie: ꝛ ſimul cum hoc ſatiſfactoria. Pena aūt iferni neutrū habet: pena vero purgatorii ꝛ ſi ſit ſatiſfactoria non tamē meritoria. Propterea di. Aug. in libro de decem cordis: ꝙ melı⁹ eſt modica amaritudo in faucibus q̄ꝫ eternum tormētū in viſcerib⁹ Hec igitur attendant illi qui videntur poſtpoſuiſſe deum ꝛ ſalutē animarū ſuarū qui ad nichil aliud cogitant niſi qualit' poſſint bñ epulari ꝛ letari in preſenti tanq̄ꝫ ſi nō eſſet alius ſtatus preter iſtū. Et ideo bene nos admonet qui dicit Ne tardes cōuerti ad dominū ꝛ ne differas de die in diē ſubito enim. ꝛc. Eccle. v.

¶ Secundo iſtud ſecretū aperitur claue auctoritatiue ꝓbationis: dicit enim deus penitenti: illud Eche. iiij. Diem ꝓ anno dedi tibi. Ubi per annū intelligitur diuturnitas pene purgatorii: vel perpetuitas pene inferni. Tunc ergo de⁹ dat diem pro anno penitenti quando commutat penam eternam in temporalem vel cum acceptat modicā penam in preſenti: in defalcationem pene portande in purgatorio. Propterea dicitur Eccleſiaſtici vndecio ꝙ malitia ideſt pena hore obliuionem facit luxurie magne: ideſt extīguit magnam penā in alio ſeculo portandam. Unde circa hanc materiam ponūtur tres veritates.

Q ¶ Prima igitur veritas. Non eſt regulariter nobis certum q̄ꝫta temporalis pena reſtat ſoluenda ſiue hic ſiue in purgatorio poſt verā cōtritionē ꝛ penitētiā de peccatis. ptꝫ iſta veritas qꝛ talis pena taxaꝛ ſcđm determinationē ꝛ diffinitionē diuini cōſilii ꝛ iuditii quod eſt nobis occultiſſimum. Nam incomprehenſibilia ſunt iuditia dei vt habetur Roma. xj.

R ¶ Secunda veritas Nō eſt vniuerſabiliter verum ꝙ cuilibet mortali peccato correſpōdeat ſeptemnis ſemper

pnīa ſiue in pn̄ti ſiue i purga-
torio portāda. Ptʒ q2 ſtat ꝙ
aliqs tm̄ cōterat de pctō q̄tū
cūqʒ graui ꝙ ſic decedēs dum
mō confeſſus euolet ad celos.
Hoc ptʒ de bono latrone: cui
miaʒ ex corde poſcenti dictū ē
a xp̄o. Luc.xxiij. Hodie mecū
eris in paradiſo.
S ¶ Quod ergo iura taxāt
pniam ſeptemneʒ ꝓ quolibet
mortali: vt patʒ in Decretis.
xxxiij.q.ij.Hoc ipm̄. Aliqñ āt
pniaʒ decēnē: vt ptʒ vbi ſupra
c.Latorē: vbi matricide ipo-
nit pnia decēnis. Et ſilr̄ pe
nitentiā taxāt religioſe forni-
cāti et corruptori eius: vt ptʒ
xxvij.q.i.Deuotā. Aliqñ autē
pniam.xv.ānorū: vt ptʒ.xxx.
q.i.Si quis ſacerdos. Et.c.ſe
quēti qđ incipit. Nō debʒ epi
ſcop⁹ vbi pnia.xv.ānorū.im-
ponit ſacerdoti aut ep̄o qui fi
liā ſuā ſpūalez cognouerit: et
hoc vbi crimen deuenerit ad
noticiā multorū q̄uis inq̄ iu
ra ſic taxent rigoroſas pnias
tn̄ hodie oēs pnie in foro inte
riori ſunt arbitrarie: vt patet
xxvi.q.vii.Hoc ſit poſitū:ʒ.c.
tpa Sic tn̄ ꝙ ꝓ grauiori pecca
to grauior pnia imponat: et
ꝓ minori minor. Et hoc ē qđ
dicitur in.c.ꝓ qualitate: cā et
queſtiōe vbi ſupra: ꝓ qualita-
te delicti tp̄s pnie impendat.
T ¶ Querit aūt glo.ſup il-
lo capi.Hoc ſit poſitū. Si ſa-
cerdos poſſit totū tempus re
mittere.Et reſpōdet ꝙ nō: ſi-
cut expreſſe patet.xxiii.q.iiij.
Si is qui prelatus.
V ¶ Tertia vitas. Rōnabi-
liter pnie ſunt mitigande ſm
qualitatē pſonarū.patʒ: q2 vt
habetur.xxvi.q.vii. alligant:
et ſunt v̄ba Chriſo.ſup Mat.
Si erram⁹ modicā pniaʒ im
ponētes nōne melius eſt pro-
pter miam rōnē reddere: q̄ ꝓ
pter crudelitateʒ.Ubi em̄ pa-
terfamilias largus eſt: diſpē-
ſator non debet eſſe tenax. Si
deus benign⁹: vt qđ ſacerdos
eius auſterus vult apparere.
Hec ibi. Itē in eadē queſtione
ʒ cā.c.tpa.ſʒ ſic Tpa peitutu
nis habita moderatiōe conſti
tuēda ſunt tuo iudicio ꝓut cō
uerſorū animos pſpexeris de
uotos eſſe: piter etiā habētes
etatis ſenilis intuitū et picu-
lorum quoqʒ quorūcunqʒ aut
egritudinū reſpiciētes neceſſi
tates.hec ibi. Ptʒ ergo ꝙ pe-
nitētie oēs ſunt arbitrarie:
ſicut habetur in glo.ſup eodē
c.Et ita pn̄t ʒ debēt rōnabilr̄
mitigari penſata cōditione et
qualitate pſonarum: aſpecta
etiā diſplicentia penitentis.

Sermo.xvii.

VIdi libruʒ ſcriptū intus et fo-
ris ſignatū ſigillis
ſeptem Apocal.v.
Beatus Johannes vidit tri-
plicem librum.

Gnationis humanalis.
vidꝫ Incarnationis diuialis
Sctificatiōis ſacralis.

A ¶ Primo igitur vidit librū generatiōis hūanalis. In cui⁹ quidē libri cap.xvij. legiturq̧ Roboam genuit abiam Ubi notandū ꝙ Abia interp̄tatur p̄r dn̄s. Iſta aūt interpretatio cōuenit tribus generib⁹ ꝑſonarū.

Jeſu chriſto.
videlicꝫ Uiro iuſto.
Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur cōuenit ieſu chriſto: ꝗ merito dicitur abia.i.pr̄ dn̄s. Eſt em̄ pr̄ iuſtorū ſcḋm illud.ii. Reg.vii. Ego ero illi in patrē. Item eſt dn̄s vniuerſorū. In cuius ſignum Om̄ia quecūq̧ voluit fecit in celo, et in terra: ī mari: ⁊ in oībus abyſſis: vt di. Pſal. Sed qm̄ in interp̄tatiōe noīs abraham: qui tm̄, valet ſicut pater multarū gentiū: dictum fuit quō deus dr̄ pater: ⁊ ſimiliter vir iuſt⁹: virgo aūt maria mater. Ideo ſecundā interpretatiōnē ꝓſequamur. Abia ergo dn̄s interpretatur: que quidē interpretatio conuenit

P ¶ Primo aperitur claue hiſtorialis declarationis. Legitur enim Gen̄.xxv.ꝙ quādo Abraham voluit diuidere bona ſua filijs ſuis: tunc aſſignauit immobilia vtpote hereditatem ſuaȝ filio ſuo yſaac quem habuerat ex Sara. Filijs autē cōcubinarum: cuiuſmodi fuit yſmael, largitus eſt mūera.i.res mobiles. Et hāc partitiōem rationabiliter fecit Abraham filijs ſuis: q: Sara diuinitꝰ inſpirata dixerat viro ſuo Abrahe. Eijce ancillam: ſcilȝ Agar et filium eius vcȝ yſmael: quia non erit heres filius ancille cum filio libere Gen̄.xxi. Cum autem ipſe Abraham dure accepiſſet verba hec vxoris ſue: dixit ei dn̄s vt habetur in dicto capitulo. Non tibi videatur aſperū ſuper puero ⁊ ſuper ancilla tua ſed oīa quecūqȝ dixerit tibi ſara fac: quia in yſaac vocabitur tibi ſemen. Non eſt igitur nouum neqȝ legi dei aduerſuȝ ſi filij illegitimi non ſuccedant ſicut ⁊ legitimi.

S ¶ Secundo iſtud ſecretum aperitur claue auctoritatiue probationis. Scribitur enim.xv.q.viij. Cum multe. ꝙ proles aliena pollutiōe nata nūꝙ hereditatem accipiet. Sup quo dicit glo. ꝙ hoc intelligitur de hereditate paterna ⁊ non materna. Nam matri ſuccedit filiꝰ ſpurius: vt dicit eadem glo. Item extra qui filij legitimi.c. Per venerabilem. dicitur ꝙ filiꝰ ex adulterio natus qui proprie ſpuriꝰ dicitur non poteſt legitimari per matrimonium ſequens. Et ibi ē expreſſus caſꝰ de quodam magno dn̄o qui petebat hanc legitimationem ab Innocentio.iij. pro filijs ſuis ex adulterio natis: ſed perdidit penam ſuam. Pro maiori igitur declaratione huius materie ⁊ totali terminatione po

nuntur tres veritates.

R ¶ Pria veritas. Nō quo rūcūqꝫ filiorum equa eſt conditio. Probatio. Nam ſcdm beatum Tho.iiij.ſentē.di.xli. q.iij.art.i.in.c. Quattuor ſūt genera filiorū. Quidam em̄ dicūtur naturales ꝛ legitimi ſicut illi qui ex legitimo matrimonio procreātur. Alij dicuntur naturales: ſed non legitimi: ſicut illi qui ex fornicatione naſcuntur. Alij dicūtur legitimi: ſed non naturales: ſicut ſunt filij adoptiui. Alij nec ſunt naturales nec legitimi: ſicut ſunt illi qui ex adulterio naſcūtur: qui ſpurij vocantur: gallice auouetres. Tales enim in deteſtationem peccati parētum non poſſunt ſuccedere in paterna hereditate: nec ſimiliter ad officia publica aut ecc̄iaſticas dignitates ꝓmoueri: ſignāter q̄tum ad illa officia vel dignitates que requirūt ī miniſtro quandam honeſtatem. Nec hoc adverſatur iuri diuino qd̄ habetur Ezech.xviij. Fili⁹ non portabit iniq̄tatē p̄ris nec ecōuerſo. Hoc em̄ verū eſt in foro dei vel ī foro cōſcie: et ſil̄r q̄tū ad bona ḡre vel ḡl'e: ſed lex diuina non dicit quin tēporaliter fili⁹ poſſit puniri ꝓ pctō p̄ris cū etiā in diluuio ꝛ in deſtructione ſodome puuli ita bene fuerunt extincti ſicut ꝛ grādes Dicit tamen btūs Tho. in pre dicta diſt.q.ead.ar.ii.q̄ tales ſpurii ſunt a parētibus alendi et ī neceſſariis ꝓuidēdi.q̄ vbi parētes non vellēt facere ſunt compellendi. Unde et adhuc hodie ſi aliqua conceperit ex adulterio vel fornicatiōe paſ cogitur ad educationē puuli.

S ¶ Secūda veritas. Euenire plerūqꝫ ſolet vt filii illegitimi carnaliter degenerent a bonis morib⁹ ſpiritualiter. Probatio: quia communiter tales non habent qui eos inſtruant aut inſtrui faciant: qꝛ nec pater nec mater de ipſis curam gerſit efficacem: ꝛ ideo quando ceperint incrementū de facili efficiuntur inſolētes indeuoti: fures: luxurioſi: qꝛ patrem ſequitur ſua proles. Unde et ille qui primus legitur in ſacra ſcriptura deū blaſphemaſſe erat ſpurius: q̄ poſt ea domino iubēte lapidatus eſt. Leuitici.xxiiii.

T ¶ Tertia veritas. Non obſtante parentum nequitia pn̄t nichilomin⁹ tales ſpurii et quicūqꝫ illegitimi nati eſſe v̄tuoſi iuſti ꝛ ſancti ſi ad hoc dederit operā efficacē. ꝓbatio Nam vt dicit Aug. et recitaꝛ di.lvi. Undecūqꝫ. vbi dicit ſic. Undecūqꝫ naſcantur hoīes ſi parentum non ſequātur vitia honeſti ꝛ ſalui erunt. Semen em̄ hoīs ex qualicūqꝫ homine creatura dei eſt. Unde in glo. ponitur talis verſus. Teſtes

quias geritis ſordida lana fuit Item in eadem di.ca. Nunq̄. recitātur ad hoc ꝓpoſitū verba Chryſo.dicētis. Nunq̄ de vitijs erubeſcamus parētum ſed illud vnū queramꝰ et ſemper amplectamur virtutē: vcꝫ huiuſmōi em̄ etiam ſi alienigenam habet matrem: vel etiaꝫ ſi fornicatione pollutam vel quolꝫ hmōi dedecore ſordidatam, nichil tn̄ de eius ſcꝫ matris vilitate fuſcabitur aut crimine polluetur. deinde ſubinfert. Non eſt ergo nec de virtute: nec de vicio parētū: aut laudādus aliqs aut culpādus Siliṫ Hierony. de hoc loquēs ſm q̄ habetur eadē di.ca. Naſci di.ſic. Naſci de adulterio non eſt eiꝰ culpa qui naſcitur: ſed illiꝰ qui generat. Et ibi expreſſe exēplificat de Jepte qui fuit filiꝰ meretricis: vt habeṫ Judi.xi. quē tn̄ apl's inter ſanctos cōnumerat Heb.xi. Iteꝫ di. eadem c. Dn̄s noſter. idem Hierony. exēplificat de Juda patriarcha: qui ex concubitu cuꝫ Thamar nuru ſua genuit Phares ⁊ zaram Gen̄.xxxviij Ex quo Phares tādem deſcēdit Salmon qui fuit dux populi i deſerto. inde Obeth. inde Booꝫ. inde poſtea Iſai. inde Dauid. inde Salomon. inde finaliter xp̄s. Item ibidem c. Oſius papa habeṫ qō Damaſus papa ſcribēs btō Hierony. enūerat decē ſūmos pontifices qui fuerunt filij preſbytero ⁊ aliqui filij epoꝝ: nota tn̄ q̄ non fuerāt prius ꝓmoti ad ſacros ordines anteq̄ ſcilꝫ aſſumerētur ad papatum niſi cū diſpēſatiōe. Hi em̄ tam virtuoſe vixerūt q̄ morum honeſtas eos cōmēdabiles fecerat. Patet ergo q̄ filij illegitime nati poſſunt virtuoſi exiſtere non obſtante parētum neqtia Propterea. i.q.iiij. Crimen. dicitur q̄ crimen vel pena paterna nullā maculā filio infligere poteſt: ſꝫ pōt tam virtuoſus exiſtere q̄ tandem ad gloriam ꝑueniet eternam. Quā nobis concedat. ⁊c.

¶ Sermo. xxv.

Vidi librum ſcriptū intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptē Apocal'. v. Notāduꝫ q̄ beatus Johannes vidit triplicem librum: videlicet. Generationis humanalis. Incarnationis diuinalis. Sāctificatiōis ſacramētalis. A ¶ De p̄io lib. ſcribiṫ Mathei. i. Liber generatiōis ieſu xp̄i. ⁊c. In cuiꝰ quidē libri. ca. xxv. legiṫ q̄ Manaſſes genuit Amon. Pro quo i primis notādū q̄ iſte Manaſſes multo tp̄e fuit malꝰ: adeo q̄ vt habeṫ iiij. Reg. xxi. repleuit ciuitatē hierl'm ſanguīe ꝓphetarū vſq̄ ad os. i. q̄tū potuit facere: ſicut vas dr̄ plenuꝫ qn̄ non pōt

ampli⁹ aliū liquorē recipere
Inter quos fecit occidi Eſaiā
pphetā auſiculū ſuū ſm de ly
ra. Magna crudelitas fuit in
Manaſſe occidere pphetā:ſed
maior q₂ auſiculū ſuū:maxīa
aūt q₂ ſerra lignea ad diutur
niorē afflictionē. Fecit aūt iſte
rex occidere pphās dñi: tum
q₂ eū arguebāt ſup ydolatria
ſua ⁊ ceteris malis que multa
erāt vt habet̃ in predicto cap.
tū vt liberi⁹ et magis impune
peccaret. Et ideo pp̄ter dictā
ydolatriam ⁊ cetera mala ſua
duct⁹ eſt ī captiuitatē babylo
nicā per regē aſſyriorū ligatus
cōpedib⁹ et cathenis:et ibi po
ſitus eſt ī carcerē. vbi bibebat
aquā cū aceto modico ad mē
ſurā vt viuere poſſet. Cūqȝ ve
hemēter affligeret̃:et penitēs
oraret. audiuit eū dñs: et ī flā
ma ignis deſcēdēs vincula ei⁹
aduſſit:et ſic reuerſus eſt in
hierl̃m ⁊ reſtitut⁹ ī regnū ſuū
Et deinceps ſeruiuit dño ī cor
de pfecto. Ita ⁊ nos poſtq̄ pec
cauim⁹ debem⁹ agere pniam
ſi ad regnū celorū volum⁹ pue
nire. His itaqȝ ſuppoſitis de
ſcēdētes ad ppoſitū dicimus
q manaſſes interpretat̃ obli
uioſus. Que qdē interptatio
cōuenit trib⁹ gnib⁹ pſonarum

videlicet
Jeſu chriſto.
Viro iuſto.
Virgini marie.

B ¶ Primo igit̃ xp̄s pōt vo
cari Manaſſes .i. obliuioſus.
Nam ipe ad modū obliuiſcen
tis ſe habet qntum ad tria.

C ¶ Primo ei obliuiſcit̃ pctō
rum in pnia. Ezech. xviij. Si
impius egerit pniam ab oīb⁹
pctis ſuis q̄ operatus eſt omn
iniqtatū ei⁹ quas operat⁹ eſt
nō recordabor.ſ.ad puniēdū
q₂ ipe impi⁹ recordat⁹ eſt ad
ſatiſfaciēdū: vt expo. glo. īterl.
Vel ſm magiſtrū Nicolaum
de lyra Nō recordabor ad pu
niēdū eternaliter:ſed bene ad
puniēdū tēporaliter Nam cū
homo punit de⁹ parcit:cū ho
mo meminit deus obliuioni
tradit:cū homo aperit de⁹ te
git. Hec eſt igitur virt⁹ pnie.

¶ Scdo ipe xp̄s ſic intelligen
do ſm q deus obliuiſcit̃ meri
torum ī recidiuo ⁊ ruina. Vn̄
et ī predicto capl'o Ezech. ſub
ditur q ſi iuſtus auerterit ſe a
iuſticia ſua ⁊ fecerit inquitatē
oēs iuſticie ſue quas fecerat
nō recordabūtur ampli⁹.ſ.ad
ſalutē ei⁹. Sed huic videt̃ con
trariari vbū apl'i. Heb. vi. di.
Non eſt iniuſt⁹ de⁹ vt obliui
ſcatur opis vr̄i. Ergo falſum
eſt q non recordabūtur āpli⁹
iuſticie ⁊ opa bōa ī recidiuāte
Reſpōdeo. Verbū Ezechielis
intelligit̃ de illo q̄ non reſipi
ſcit a pctō:ſed ī eo morit̃:cui⁹
iuſticie nō recordabūtur quo
ad euaſionē pene et̃ne:vl' quo
ad adoptionē celeſtis glorie.
Verbum aūt apl'i intelligitur
de illo qui reſipiſcit a pecca-

to:tanꝗ̄ ſi diceret ꝙ opera ve
ſtra mortificata reuiuiſcent ſi
penitētiā egeritis. Et ita ptꝫ
ꝙ apl'ſ non cōtradicit ꝓphe-
te nec ecōuerſo. ¶ Tertio ipſe
xp̄s ſiue deus obliuiſcit̄ obſti
natorū.i.ad modū obliuiſcen
tis ſe haber erga eos: ſm illō
Rom.i. Tradidit illos de9.i.
tradi ꝑmiſit i reprobū ſenſuꝫ.
Item Pſal.in pſona dn̄i. Di
miſi eos ſm deſideria cordis
eorū.q.d. Non flagellaui eos
vt filios:ſed vt ſeruos repro-
bos dimiſi eos libere ire poſt
cōcupiſcētias ſuas. Oſee.iiij.
Non viſitabo ſup filias vr̄as
cū fuerint fornicate:et ſuper
ſpōſas vr̄as cū adulterauerit.
Item eiuſdē.i.c. Uoca nomen
ei9 abſqꝫ mīa:qꝛ non addā vl-
tra miſereri domui iſrael:ſed
obliuione obliuiſcar eorum.
Hec aūt eſt magna ira dei: ſcꝫ
taliter obliuiſci pctōꝝ adeo
vt nō puniātur i pn̄ti. Et per
oppoſitū flagellare delinquē
tes i pn̄ti ex maxīa dei mīa ꝓ
cedit:ſm illud.ij. Macha.vi.
Multo tēpore nō ſinere pctō
ribus ex ſentētia agere:ſed ſta
tim vltiones adhibere magni
beneficij eſt iudiciū. Deinde ſe
quitur i p̄o. Ibūt i adinuētio
nib9 ſuis.i.in pctīs nouis que
adueniēt:quaſi ruētes de pec
cato i pctm̄. Patet ergo ꝙ̄ pe
riculoſum et dānabile eſt ali-
quem in pn̄ti obliuiſci a deo.
Propt̄ea pſal.timēs taliter
obliuiſci a deo dicebat. Uſqꝫ
quo dn̄e obliuiſceris mei i finē
vſqꝫquo auertis.i.auertere vi
deris faciem tuam a me:eo ſcꝫ
ꝙ non me punis in preſenti.
D ¶ Scd̄o dicta interpreta
tio conuenit viro iuſto qui dr̄
Manaſſes.i.obliuioſus. De-
bet eñi vir iuſtus tria obliuio
ni tradere. ¶ Prio oēm car-
nalem et illicitū amorem per
quē poſſet quouiſmodo retar
dari a glīa: ſcd̄m ꝙ admonet
ſpūſſctūs in p̄s dicēs ad aīam
deuotā. Audi filia ⁊ vide ⁊ in
clina a.t.et obliuiſcere ppl'm
tuū.i.illos q̄ poſſent te retra-
here a maiori bono:vel trahe
re ⁊ inducere ad aliqd̄ maluꝫ.
Qd̄ ſi feceris:tūc concupiſcet
rex ſcilꝫ xp̄s decorem tuum.
¶ Scd̄o debet vir iuſtus obli
uioni tradere iniurias ſibi il-
latas contumelias et oppro-
bria:ſm ꝙ admonet ſacra ſcri
ptura Eccl'i.x.di. Ois iniurie
ꝓximi tui ne memineris.ſ.ad
vlciſcēdum:ſm illd̄ Leui.xix.
Non queras vltionē;nec me-
mor eris iniurie ciuiū tuorū.
Seqtur in Eccl'iaſtico. Et ni-
chil ages i operib9 iniurie.i.
nulli iniuriam irroges:ꝙ̄uis
nocēti tibi. Unde Geñ.l.legit̄
ꝙ mortuo ⁊ ſepulto iacob fra
tres Joſeph timētes ne forte
memor eſſet iniurie quam paſ
ſus fuerat ab eis:et ſe vindica
re vellet:mandauerunt ei di-
centes. Pater tuus precepit

nobis anteq̄ moreretur: vt hec tibi verba illiꝰ dicerem⁹. Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrū tuorū ⁊ pcti atq̄ malitie quā exercuerūt in te: qḋ ⁊ fecit. Nam cum eos audiſſet ⁊ vidiſſet ꝓnos in terrā corā eo adorantes eum fleuit abundāter. Sed ꝓhdolor multi xp̄iani longe diſtāt a ioſeph: quibus ſi ꝯtulacūq̄ iniuria inferatur: quaſi implacabiles efficiuntur: atq̄ in exaudibiles. Sed nouerint q̄ ſic faciet eis pater celeſtis in hora mortis ⁊ iuditii ſi non remiſerint fratribus ſuis de cordibus ſuis id eſt bono corde ⁊ nō palliato ꝟbo vt ha. Math. xviii. Ubi ꝓponit parabola de debitore. ⁊c. ¶ Tertio vir iuſtus et ſignanter religioſus debet obliuioni tradere mūdum ⁊ mūdana ⁊ de ſolo deo ⁊ ſpiritualibus recordari. Item debet obliuiſci propter deum eminentias ſeculares: delitias tēporales: concupiſcētias temporales: ⁊ ad huiuſmodi non redire etiam per ſolam momentaneam cogitationem: multo ergo minus nec per exteriorem occupationem ſeu operationē. Unde cuilibet religioſo ⁊ ſimiliter penitēti loquitur ſpirituſſanctus Eſaie quinquageſimo quarto dicēs Non te pudebit quia confuſionis adoleſcentie tue obliuiſceris: id eſt peccatorum que in ad oleſcentia feciſti: vel que ante religionis ingreſſum ꝑpetraſti: ⁊ opprobrii viduitatis tue quando ſcȝ deum peccando dereliquiſti non recordaberis amplius: ſupple in ipſo obprobrio ⁊ peccato remiſſo delectando: quia vt dicit ſaluator Luce nono. Nemo mittens manū ad aratrū ⁊ reſpiciens retro aptus eſt regno dei. Sed forte dicet aliquis. Non poſſum eſſe talis ſȝ velim nolim redeunt ad memoriam priora peccata etiam cum delectatione ⁊ complacētia more filiorum iſrael: qui dicebant Numeri. xi. Quis dabit nobis carnes ad veſcendum. In mentem noſtram veniūt cucumeres popones: porriq̄ ⁊ cepe ⁊ allia: per hec aūt omnia poſſunt recte intelligi peccata ad memoriā redeuntia quo ad penitentes vel pōpa ⁊ faſtus ſeculi quo ad religioſas perſonas: quale igitur remedium ad hoc q̄ hec omnia obliuioni tradantur. Certe non video potius remediū q̄ aſpera ⁊ dura corpalis afflictio vel dolorum et cruciatuum inferni meditatio: quia vt habet Eccleſiaſtici vndecimo. Malitia hore obliuionē facit luxurie maxime: id eſt breuis afflictio corporalis delet ⁊ purgat delectationem maxime voluptatis: ſecūdū illḋ Eccleſiaſtici. xxxi. Infirmitas

grauis ſobriā facit aiam̄. vel ſic. Malitia hore.i. breuis cō ſideratio malorū que ſunt in inferno facit obliuiſci oēm tē poralem ⁊ mūdanā delecta= tionē: ſm illō Eccl. vij. Meō= rare nouiſſima tua ⁊ ineternū non peccabis.

E ❡ Tertio dicta interpre= tatio conuenit virgini glīoſe que merito poteſt appellari manaſſes .i. obliuioſa. Nam in natiuitate filii ſui oblita eſt illorū dolorū ⁊ triſtitiarū q̄s cetere mulieres experiunť: ⁊ hoc rationabiliter: qꝛ nō con ceperat more earū. Secundo oblita eſt in reſurrectiōe filij ſui: oīm dolorū ⁊ cruciatuum quos in ipſius paſſione ſen= ſerat. Unde ⁊ tūc dicere potu it illō Gene. xlj. Obliuiſci me fecit deus oīm laborū meorū quos ſupple ſuſtinui in mor= te filii mei. Tertio nūc in celo obliuiſciť oēs dolores erū nas ⁊ miſerias quas aliquā= do paſſa eſt in preſēti vita. vn de nūc de ea poteſt verificari illud. Eſa. lxv. Obliuioni tra dite ſunt anguſtie priores. Il le aūt anguſtie priores beate virginis fuerūt multe. vtpo= te quando paruulo mox na= to dixit angelus ad ioſeph. Accipe puerū ⁊ matrē ei⁹ ⁊ fu ge in egyptū: futurū eſt enim vt herodes q̄rat puerū ad p= dendū eū Math. xx. Itē quā= do inuento filio in templo in medio doctorum dixit ei. Ecce ego ⁊ pater tuus dolen= tes querebam⁹ te Luce. ii. Itē quando ſymeon dixit ei. Ecce poſit⁹ eſt hic in ruinā ⁊ in re= ſurrectionē multorū in iſrael ⁊ in ſignū cui contradicetur. Et tuā ipſius animā ptranſi= bit gladius: Luce. ii. Itē quā= do vidit filiū ſuū in cruce ſu= ſpenſū et ſe impotentē ad ſibi ferendū auxiliū atq; dicrū fili um pie dicentē ei. Ecce filius tuus: quod quidem verbum poteſt referri ad xp̄m ſicut ad Iohā. Itē qñ quadrageſimo die poſt reſurrectionē vna cū aplīs vidit eū a ſe tolli ⁊ ī ae= ra ferri: ſicut veri ſimiliter o= pinari poteſt. Sed nūc de ea dicitur ꝙ obliuioni tradite ſunt anguſte priores. Sed ne obliuiſcatur nos ſalutemus eam dicentes.

SEcundus liber dꝛ incar= nationis diuinalis de quo ſubditur in theumate ꝙ ſcriptus intus ⁊ foris intus quidem q̄tum ad vetus teſta mentum: foris vero q̄tum ad nouū. Intus ergo inuenim⁹ de hac ſanctiſſima īcarnatiōe duo magna teſtimonia.

❡ Prio quidē vnā figuram que ha. iii. Re. i. vbi legiť ꝙ cū dauid ſenuiſſꝫ nec calefieri poſ ſet q̄tūcūq; veſtireť aut ſupel lectili in lecto coopireť: hoc videntes pceres regni ⁊ mag nates qui aſtabāt dixerunt ei

ꝙ expediebat ei habere aliquã pulcherrimã filiam incognitam viro que dormiret in ſinu ſuo ad eum calefaciendũ. Et factum eſt ita. Nã adducta eſt ad eum abiſac pulcherrĩa puella que dormiuit cũ eo ⁊ miniſtrabat ei nec tamen eã cognouit carnaliter.

¶ Ad ꝓpoſitũ per dauid qui interpretatur manu fortis vel vultu deſiderabil' ſignificatur dei filius: qui adeo fortis eſt ꝙ nichil poteſt ei reſiſtere neq; in celo neq; in terra aut mari. Itẽ eſt adeo vultu deſiderabilis ꝙ angeli deſiderãt in eum aſpicere. Nota tamẽ iuxta hiſtoriã ꝙ dauid ſcðm de lyra añꝙ dormiret cũ iſta puella abiſac contraxit cũ ea. Et hoc eſt contra inueteratos adulteros vel fornicatores: qui ꝗuis cani ſint ⁊ ꝓpe interitũ nõ tamẽ abſtinent ab immunditia ſua: ſicut patʒ in legenda beati Andree de illo nicolao qui permanſerat in fecib⁹ luxurie vſq; ad annos. lxx. ⁊ tales valde deo diſplicẽt. Unde inter illa tria que dicitur deus ſpecialiter odere annumeratur ſenex fatuus ⁊ inſenſatus. i. luxurioſ⁹ Eccle. xxv. ¶ Ad ꝓpoſitũ igitur redeuntes noſter dauid. hoc eſt dei filius circa finẽ mũdi quia in vltima ſeculi etate voluit habere pulcherrimam puellã que dormiret in ſinu eius: id eſt que vniret ei ypoſtatice ⁊ inſeperabiliter: qð ⁊ factum eſt. Nichilomin⁹ dicta puella ſemper manſit intacta q2 vt ha. i. Pet. ii. peccatũ non fecit nec inuentus eſt dolus. ⁊c. Myſtice ſcðm dñʒ car. hec puella pulchra nimis ſignificat primitiuã eccl'iam ꝗ tota pulchra erat: vcʒ in corde per fidem in ore ꝑ confeſſionẽ in corpore per honeſtã cõuerſationẽ. Unde de ea dt ſpõſus ſuus xp̃s Can. iiii. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Itẽ Ephe. v Dilexit eccleſiam ⁊ ſemetipm tradidit ꝑ ea. vt illã ſanctificaret mũdans lauachro aque in verbo vite: vt exhiberet ipe ſibi glioſam eccleſiam: nõ habentẽ maculã neq; rugam. ꝙ aũt dr ꝙ puella abiſac dormiebat in ſinu regis ⁊ miniſtrabat ei ſignificat ꝙ ipa eccleſia in cõtemplatiuis dormit cũ xp̃o: in actiuis aũt eidẽ miniſtrat. Et hoc ſignificatũ ẽ Luce. x. vbi dicitur ꝙ maria ſedebat ſecus pedes dñi audiens verbũ illius Martha aũt ſatagebat circa frequens miniſteriũ. ¶ Moralit' per veſtes quibus ſuppoſitis non calefiebat dauid ſignificantur tẽporalia que nõ calefaciũt hominem auarum ſed potius frigefaciunt extinguendo in eo ignem charitatis ⁊ deuotionis dauid ergo opertus veſti

bus nõ caleſiebat. qꝛ ꝙto pl⁹ quis fulcit diuitiis tẽporalibus. tanto amplius refrigeſcit ab amore dei ⁊ ꝓximi. Huic ergo dauid ꝗrenda eſt puella virgo que calefaciat eum dormiẽs in ſinu ſuo. Iſta aũt puella eſt diuina ſapiẽtia vel noticia ſcripturarũ quã ſi qs ꝗtũcũqꝫ frigidus fuerit per auaritiã ⁊ inueteratus in ea amplecti voluerit ꝑfecto calefaciet eũ p amorẽ dei ⁊ ꝓximi Hoc aũt fit quando quis cõſiderat ꝙ iſta temporalia caduca ſũt ⁊ trãſitoria velut fum⁹: ⁊ ꝙ ſicut nichil intulimus in hũc mũdũ. Ita nec aliquid nobiſcũ in mortẽ afferem⁹ preter bonũ ⁊ malũ ꝗ geſſim⁹ in preſenti. Unde Hiero. Facile contemnit oĩa qui ſe ſemper cogitat moriturum.

¶ Secundo infra hũc librũ inuenimus vnã ꝓphetiam de hac incarnatiõe: vꝫ malach. iij. Ecce ego mittã angelũ meum ⁊ ꝑparabit viam ante faciem meam ⁊ ſtatim veniet ad templum ſuũ dominator quẽ vos. q. ⁊ ãg. teſt. quẽ vos vultis. Hunc textũ exponit. glo. ord. dupľr. Primo modo ſic ꝙ principium legatur in pſona dei patris ſic dicentis. Ecce ego mitto angelũ meum. i. Iohannẽ baptiſtam tanꝗ nũcium ⁊ precurſorem aduent⁹ filii mei: quod autẽ ſequitur. Et ſtatĩ veniet ad ⁊c. intelľr. de xp̃o cui Iohannes ꝑparauit viam in cordib⁹ credentium. Scđo mõ exponitur ſic ꝙ principiũ legatur in pſona ipſi⁹ xp̃i di. Ecce ego mitto ãgelũ meũ ideſt Iohannẽ baptiſtã ꝑdicare baptiſmum penitentie conſequenť ipẽ xp̃s de ſe quaſi de alio ſubiungit dicẽs. Et ſtatĩ veniet. ⁊c. In hac ergo ꝓphetia ipſe Iohãnes vocatur angelus nec quidem iniuria: qꝛ magis angelicã ꝙ hũanã duxit vitã: tũ quia in deſerto ſeq̃ſtratus ab hoĩbus viuebat: tũ quia purus erat: tũ quia a cibis ⁊ potibus aliorũ hominũ abſtinebat. quod ergo hic dicitur. Et ſtatim veniet ad templum ⁊c. ad lrãm impletum fuit quando. xl. die a natiuitate domini mater eius preſentauit eum in templum: Luce ii. Uel quando ipſe xp̃s venit in templum ad predicandum diſputandum ⁊ miracula faciendum: dominator quẽ vos queritis: id eſt deſideratis ⁊ potiſſime hoc refertur ad ſanctos ꝓphetas ⁊ pr̃es qui hũc aduentũ ardenter deſiderabant: ⁊ angelus teſtamẽti quẽ vos vi. quia ipſe xp̃s fuit angelus: id eſt nuncius noui teſtamenti. Item dominus hugo exponit hanc ꝓphetiam de. ii. domini aduẽtu ſic. Ecce ego mittam angelum meum: id eſt angelos miniſtros iudicii generalis: ⁊ ſtatim veni-

et xp̄s cū omnibus electis ad tēplum ſuū: hoc eſt ad eccleſiam triumphantem: vel templum domini eſt vallis ioſaphat ad quam veniet tanq̄ dominator quē querunt ⁊ expectant iuſti ⁊ electi vt eos remuneret in celo in corpore ſicut nunc in anima; reprobi autem non querunt hunc aduentū imo vellent libenter q̄ nūq̄ fieret. Propterea ſubditur in predicta ꝓphia quis ſupple reprobus poterit cogitare diem aduentus eius: et quis ſtabit ad vidēdum eū ſcilicet ſine timore ⁊ tremore tunc enim dicent reprobi illud Sapi. ſecūdo. Grauis eſt nobis ad videndum cuius ratio aſſignatur in dicta ꝓphetia cum ſubditur. Ipſe enim quaſi ignis conflans. ſicut eñ ignis pre nimio ardore conflat ⁊ incendit ferrum ⁊ queq̧ dura. Ita ⁊ ignis qui egredietur a domino ante diē iudicii incendet et incinerabit omnem materiam: etiam ſaxa ⁊ ſimilia ⁊ propter hoc vocatur a theologicis in quarto ſētētiarū ignis cōflagratiōis. ¶ Secundo iſte liber ſcript⁹ eſt foris quantum ad nouū teſtamentum in quo inuenim⁹ ſcriptum Iohan. quinto. ſcrutamini inquit ſaluator iudeis ſcripturas: ⁊ ille ſunt que teſtimoniū perhibent de me: ⁊ nō vultis venire ad me .i. credendo in me: vt vitam habeatis: quia eñ ipſi iudei vt di. glo. ord. reputabant xp̄m quaſi contrarium moyſi ⁊ ꝓphetis: ideo dt eis xp̄s. Scrutamini ſcripturas q̄ ille ſūt ⁊c. Notanter autē dicit ſcrutamini .i. interius diligenter aduertite ſcripturas: ſcʒ legis ⁊ prophetarum q̄ ille ſunt q̄ teſtimoniū perhibent de me: vt enim dicit de lyra. ſcriptura veteris teſtamēti determinat tempus aduēt⁹ ipius xp̄i vt patʒ Gene. xlix. Nō auferet ſceptrū. ⁊c. Item ſcriptura ꝓphetarum determinat tempus aduentus ſancti ſanctorū ſub certo numero hebdomadarum Danielis. ix. Item determinat locū natiuitatis ſicut patet Michee. v. Et tu bethleem effrata paruula es in milibus iuda ex te eñ egredietur: qui ſit dominator in iſrael. Item determinat modum naſcendi Eſaie ſeptimo. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū Item determinat modum cōuerſandi. ſcʒ in paupertate zacharie nono. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator ⁊ ipſe pauper. Item determinat modum moriēdi Eſaie quinquageſimo tertio: ſicut ouis ad occiſionem ducetur. Et breuiter omnia myſteria chriſti inueniunt expreſſa in veteri teſtamēto. ꝓpter qd̄ ex ſcripturis veteris teſtamenti potuit

vere cognoſci q̄ ip̄e erat xp̄us
in lege p̄miſſus. Bene ergo lo
cut⁹ eſt chriſtus iudeis dicēs.
Scrutamini ſcripturas. Do.
Card. ſup illo v̄bo. Teſtimo-
niū phibet de me / dicit: q̄ xp̄s
habuit quītuplex teſtimoniū
q̄ eſſet verus deus.
G ¶ Primo igit̄ habuit te-
ſtimoniū iohis: qñ digito euȝ
oſtēdit dicēs. Ecce agnus dei
Joh. i. Scd̄o habuit teſtimo-
niū patris in baptiſmo. Luce
iii. Hic eſt filius meus dilect⁹
Tertio habuit teſtimoniū ex
opibus. Jo. v. ⁊. x. Opa q̄ ego
facio ipa teſtimoniū phibent
de me. Quarto habuit teſtio-
niū ſcripturarū ſicut patet in
auctoritate p̄allegata. Scru-
tamini ſcripturas. ⁊c. Quin-
to habuit teſtimoniū Moyſi
Luce. xxiiij. Incipiēs a moyſe
et omibus pphetis interp̄ta-
bat̄ illis ſcȝ duob⁹ diſcipulis
eūtib⁹ in Emaus in oib⁹ ſcri
pturis q̄ d̄ ipo ſup. erāt ſcp̄te.
H ¶ Sic ⁊ nos moraliter poſ
ſimus cognoſcere his quinq̧
modis ⁊ habere teſtimonium
nō q̄dē in ore duorū vel trium
teſtiū: ſed quinq̧ de bono ſta-
tu noſtro. Primus igitur te-
ſtis eſt Johēs: q̄ interp̄tatur i
quo eſt gratia. Hic em̄ teſtis
conſciētie noſtre: videlicȝ gra
tia: phibet nobis teſtimoniuȝ
de culpe remiſſiōe. Nā ipa gra
tia dat teſtimoniū de iuſto di
cēs corā dn̄o illud Joh. i. Ec-
ce agnus dei. Scd̄us teſtis eſt
pater celeſtis: q̄ phibet teſtio-
niū de dilectiōe: et hoc ꝑ tiſ-
ſime qñ homo feruet in ofo-
ne et ſctā meditatiōe adeo vt
transfiguretur et transformet̄
quaſi in alterū virū: ſcȝ in dei
filiū: et in nouā formaȝ altio-
ris vite. Hic ergo teſtis dicit
de viro iuſto illud Luce. iii. ⁊
Mat. xvii. Hic eſt fili⁹ me⁹ di
lectus in quo mihi bene com-
placui. Tertius teſtis ſūt opa
laborioſa de gn̄e bonorū ſicut
ſunt ieiunia: pegrinatiōes: diſ
cipline et hm̄oi. Et iſti teſtes p
hibēt teſtimoniū de pene di-
miſſione vel in toto vel in pte
qȝ p opa laborioſa ſatiſfacim⁹
Hi ſunt teſtes de q̄bus Apoc.
xii. Opa illorum ſequūtur il-
los. ſcȝ penitētes ad teſtificati
dn̄ p ipis: ſicut opa malorum
ad teſtificandum cōtra ipſos.
Quartus teſtis eſt ſacra ſcri-
ptura que phibet nobis teſti-
moniuȝ de iugo: ſtudio: et le-
ctiōe ipius legis diuie. Hic er
go teſtis dicit de viro iuſto il
lud Pſal. In lege dn̄i volun-
tas eius et in lege eius medi-
tabitur die ac nocte. Quint⁹
teſtis eſt moyſes: q̄ phibet te-
ſtimoniū cuilibȝ d: precepto-
rū impletiōe. Hic ergo teſtis
dicit viro iuſto illud Eccl. xv.
Si volueris mādata cōſerua-
re et conſeruabūt te. Scruta-
mini ergo ſcripturas. Eſt aūt
ſcrutari penetrare aliq̄d. Tūc

ergo ſcrutamur ſcripturas: qñ toto corde q̃rimus nõ cor ticẽ aut ſupficiẽ ſcripture cognoſcere ſicut curioſi et vani hoies: q̄ ppterea nõ inueniũt ieſum.i.ſapiam diuinã que latet i pfundo: nec etiã inueniũt illã ſpiritualẽ et mentalẽ dulcedinẽ in ſtudio ſcripturarum: de qua in Pſal. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Et ideo de illis q̄ querunt medullam ſacre ſcripture et nõ corticẽ verborũ: dr in Pſal. Beati q̄ ſcrutãtur teſtimonia eius.

I ¶ Modus aũt quo hec ſãctiſſima ⁊ ineffabilis incarnatio facta eſt patere poteſt in rebus naturalibus et potiſſime in ſyrena. Pro quo notãdũ ẽ; Iſidorũ.xi. Ethimolo. vbi agit de portẽtis hmõi. Et ſilr ẽm dñm Albertum in lib. de aĩalibus ꝙ ſyrene ẽm fabulas mõſtra ſunt marina ſuperius figurã puelle ꝟginis habẽtia cũ longis mãmis et depẽdentibus fetũ lactantia: retro vero hñt caudã ſquãmoſã qua regunt̃ ad natandũ. Itez emittunt quoſdam dulces ſonos et voces: q̄bus audiẽtes ſoporãt: ⁊ naues ad littus trahunt et qñq; eas ſubmergi faciũt. Dicit tñ Iſido. vbi ſupra ꝙ ſyrene ſunt ex pte virgines: et ex pte volucres hñtes alas et vngulas. Hoc tñ totũ poeticũ eſt et fictitiũ. Ad ppoſitum p ſyrenã intelligitur xp̃s hñs duplicẽ figurã ẽm aliã et aliã naturã. Naz figura ꝟginea: q̄ exteri⁹ apparet ſignificat naturã hũanã que exterius ocul' corporeis videbat̃ q̃ bene virginea dicitur: q; tota pura et abſq; vlla macula: figura autẽ piſcis vel volucris que intra vndas latitat naturã ſignificat diuinã: que latebat ſub figura hũanitatis i xp̃o Phil. ii. Habitu inuẽtus vt hõ. Mãme ſyrene ſacramẽta ſunt eccleſie q̄bus ipſe xp̃us ablactat fideles. Vox dulcis ſyrene que attrahit naues ad ſe: vox chriſti eſt dicẽtis Math. xi. Venite ad me omes qui laboratis et occupati eſtis et ego reficiã vos. Itẽ vox eſt xp̃i in iudicio dicẽtis electis. Venite benedicti pr̃is mei pcipite.ꝛc. Mat. xxv. ꝙ vox ꝟo et cantus ſyrene qñq; ſpire faciat naues ſignificat illã xp̃i vocẽ terribilem. Ite maledicti in ignẽ eternuz vbi ſupra: que quidẽ vox adeo terribilis erit: vt faciat reprobos qui dormierũt hic in peccatis deſcendere in profundũ abyſſi infernalis: a quo nos p̃ſeruet ieſus chriſtus.

T Ertius liber dicitur ſanctificationis ſacramentalis: qui ſignatus eſt ſigillis ſeptẽ. Unde poſtq̃ diximꝰ de quarto ſigillo: per qđ intelligimus ſacramentũ matrimonij et de ſecretis ſub eo conten

tis: conſequēter differendum
eſt de hoc ſigillo: p qđ intelli
gimus ſacramentum ordinis
Sub iſto igitur ſigillo conti-
nent ſex ſecreta: quorum pri-
mum tale eſt.

R ¶ Sūmus Pōtifex Xp̄s
in fundatione ſponſe ſue eccl'e
cōuenienter illi ꝓuidit de mini
ſtris idoneis: in qbus eſſet ſpe
cialis ſil' et ſpūalis ptās tradē
di et diſpenſandi diuina chri-
ſti fidelibus qbuſcūqȝ. Iſtud ſe
cretū ponit Do. S. in ſumma
cōtra gentiles lib. iiii. c. lxxiiii
Quod quidē ſecretuȝ apitur
duplici claue.

¶ Prio claue figuratiue de-
clarationis. Legitur em̄ Exo
di. xxix. ꝙ dn̄s tradens moyſi
formaȝ conſecrādi ſacerdotes
illius legis: videlicet leuitici
generis, ꝓcepit ei: vt adduce-
ret Aaron fratrē ſuū et filios
eius vſqȝ ad oſtiū tabernaculi
teſtionij: et lauaret eos aqua
munda induēdo ipm̄ Aaron
veſtimentis ſuis: et infunden-
do oleū ſup caput ei᷒. Induē-
do etiā filios ipius Aaron li-
neis veſtimētis: qr nō eiuſdeȝ
veſtimētis induebātur aaron
et filij eius. Eruntqȝ inqt dn̄s
ſacerdotes mei religione ppe
tua. His itaqȝ pactis applica
bis inqt dn̄s manus eorū ſup
vitulū immolandū: ponentqȝ
aaron et filij eius manus ſuas
ſup caput ipius: et mactabis
eū in cōſpectu dn̄i iuxta oſtiuȝ
tabernaculi teſtimonij: ſumes
qȝ de ſanguine vituli et pones
ſup cornua altaris cuȝ digito
tuo. Reliquū aūt ſanguinē fū
des iuxta baſim altaris. Fecit
ergo Moyſes ſicut preceperat
illi dn̄s: ſicut plenius contine
tur Leuiti. viii. ¶ Ad propo
ſitū hec figura que eſt prolixa
eſt et reuera pulchra pōt mul
tū cōuenienter applicari ad ꝓ-
poſitū noſtrū. Paulus em̄ lo
quēs de patribus veteris te-
ſtamēti dicit ꝙ oīa in figu-
ris cōtingebāt illis .i. Corin.
.x. Et Deutro. xvii. loquens
dn̄s futuris xp̄ianis dic. Acci
pietis inqt exemplar a ſacer-
dotib᷒ leuitice tribus. Quis
ergo Aaron niſi quilibet ep̄s
eccl'ie xp̄iane. Et qui filij eius:
niſi ſacerdotes et clerici ab eo
ordinati. Quid ꝟo taberna-
culū niſi eccleſia. Hi igit quo
tieſcunqȝ volunt p ſpiritualeȝ
ordinem intrare hoc dn̄i ta-
bernaculum debent prius ſe
lauare per purā et lachrymo-
ſam confeſſionē: eo ꝙ quicūqȝ
recipit eccleſiaſtica ſacramen
ta in peccato mortali ipſo fa-
cto incurrit nouū pctm̄ mor-
tale ꝓpter irreuerentiā quam
facit reb᷒ diuinis. Per Aarō
igitur qui interpretatur mōs
fortis et qui habet ſpāle genus
veſtiū et caput oleo vnctū in-
telligit ep̄s: qui debet eē mōs
p vite ſublimitateȝ: et fortis p
equanimē aduerſorū toleraȝ

ſtã. Jtẽ adeo debet eſſe fortio2 ꝙ debet ſe opponere murũ ꝓ domo dñi. Jſte igitur aaron habet ſpeciale genus veſtium: videlꝫ palliũ vel roquetũ: cuius etiã caput inungit̃ in conſecratiõe ⁊ bñdictiõe ſua. Per filios aũt aaron indutos veſtibus lineis intelliguntur alij eccl'iaſtici: qui ſunt infra epiſcopos: q̃ vtuntur ſuplicio ſicut ſignãter ſunt ſimplices ſacerdotes. Per vitulũ aũt frequẽter ſignificatur i ſacra ſcriptura ip̃e xp̃s ſicut ptꝫ Lu.xv i pabola d̃ filio ꝓdigo: in cuiꝰ receptiõe pater eius iuſſit occidi vitulũ ſaginatũ ⁊ pinguẽ p quẽ myſtice ſignificatur xp̃i mors: q̃ occiſus eſt ꝓ ꝓdigis pctõribus. Hic igitur vitulus fuit deo pr̃i oblatꝰ tanꝙ ſacrificiũ veſptinũ ꝓ ſalute oim et hoc iuxta oſtiuꝫ tabernaculi: q2 iuxta portã ciuitatis hier̃l occiſus eſt xp̃s. Per hoc autẽ ꝙ tã ip̃e aarõ ꝙ filij eius ponebãt manꝰ ſup caput vituli immolãdi: p̃figurabat̃: ꝙ i nouo teſtamẽto ep̃s i cõſecratiõe ſacerdotũ deberet ſil'cum eis et ip̃i cũ eo bñdicere et cõſecrare panẽ i illa miſſa i qua cõſecrãtur in ſacerdotes: p̃us tñ ſuſcepto or̃die ſacerdotali ꝓferẽdo ſil'cũ eo v̾ba cõſecratiua: q̃ q̄dẽ modꝰ adhuc obſeruat̃ i aliqbꝰ regiõibꝰ: ꝑut refert Dñs Pe. d̃ Pa. i. iiij. ſen. Vl'forte p impoſitionẽ manuũ ſup caput vituli p̃figurabat̃ ille ritꝰ q̃ obſeruat̃ in cõſecratiõe preſbyterorũ vbi ep̃s p̃ñtat eis calicem ſuſcipiẽdum pane ſuperpoſito cum certis verbis: per quem moduꝫ dat eis poteſtatem conficiendi venerabile ſacramẽtuꝫ altaris: ⁊ ãmõ celebrãdi miſſã tã de viuis ꝙ d̃ defunctis: ꝑut hẽtur in ordinario ep̃orũ. Et ſicut manꝰ aarõ et filiorũ eiꝰ inũcte ſunt oleo in eorũ cõſecratiõe. Jta et hodie ille digiti cũ qbꝰ ſacerdos hꝫ tãgere ⁊ tractare xp̃i corpꝰ inũguntur ſacro criſmate. O ꝙta igitur et ꝙ excellẽs eſt dignitas ſacerdotũ. O ꝙ ſancte et pure viuere debẽt. O ꝙta ẽ eorũ ptãs que excellior ẽ ptãte ãgelorũ oim. O ꝙ honeſta et religioſa dꝫ eſſe eorũ cõuerſatio corã deo et hoĩbus vt in om̃ibus eorũ opibus ⁊ myſterijs benedicetur deus.

¶ Secundo iſtud ſecretũ aperitur claue auctoritatiue ꝓbationis. Paulus em̃ in quadã epiſtola: videlꝫ. i. Corin. iiij. dicit ſic. Sic nos exiſtimet hõ vt miniſtros chriſti et diſpenſatores miniſteriorũ dei: ſed audite qđ ſeqtur. Sed iã queritur inter deſpenſatores miniſteriorũ dei: vt fidelis quis inueniat̃. Nõ em̃ dicit Apoſtolus, mercatores aut dominatores miniſteriorum dei: ſed diſpenſatores: quia ſacra nõ debẽt vẽdi: alſ ſymoniacũ

eſſet: nec illoꝝ eſt dñs ſed miniſter tm̄ oñis Eccl'iaſticus. Debēt ergo eccl'ie prelati tanꝙ̄ veri xp̄i miniſtri et diſpenſatores miniſterioꝝ dei tria ſuis ſubditis miniſtrare ꝛ diſpenſare: que ſub tribus veritatibus ꝯſtringem⁹.

L ¶ Prima igitur veritas. Eccleſie dei ꝑlati debēt libere miniſtrare ſuis ſubditis eccleſiaſtica ſacramēta. Probatio qꝛ ſacerdos vnomō interp̄tat̄ ſacra dans vt dicit Iſido. lib. vii. ethi. c. xii. et recitat̄ in Decretis. diſt. xxi. Cleros. Et ſicut rex a regēdo dicit̄: ita ꝛ ſacerdos a ſacrificādo dict⁹ eſt. vt ibi immediate ſubdit̄. Und in ſignū ꝙ diuina nō debent vendi: ſed libere et gratis dari, xp̄s qñ miſit ap̄los ſuos ad p̄dicandū et miracula faciendū dixit eis Gratis accepiſtis gratis date. Sꝫ p̄h dolor hac tempeſtate multi eccl'i prelati nō libere dant diuina: ſed quaſi precio appreciato: ſicut patet in collatiōib⁹ ordinū: in p̄ſentatiōe beneficioꝝ et hmōi ita vt videat̄ mundus rediſſe ad illa infelicia t̄pa de qb⁹ ſcribit̄. iii. Reg. xiii. ꝙ qcūꝙ̄ volebat implebat manū ſuā et fiebat ſacerdos: ſup quo paſſu dicit de lyra: ꝙ Iheroboā adeo auar⁹ et malus erat vt venderet ſacerdotiū plus offerenti. Ita et hodie videtur apud aliquos hec peſtifera ꝯſuetudo adhuc regnare.

M ¶ Scd̄a v͛itas. Eccl'ie d̄i ꝑlati debēt pp̄l'm ſibi ſubditū in bonis morib⁹ et in his q̄ ſi dei ſunt ſufficienter inſtruere. P̄ba. qꝛ ſacerdos aliomō interp̄tat̄ ſacra docēs: ſacra aūt dicuntur dei p̄cepta fidei articuli et ſil'ia. Propterea ſcri. malach. ii. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſciaꝫ. Nō dicit inquit Hiero. p̄ferēt ſciam: ſed cuſtodiēt ſciam: quā ſupple aliis p̄dicāt. ſeq̄tur Et legē req̄rēt ex ore eius: ſcilꝫ ſubditi eius: ſup quo glo. iter̄. Ad ſacerdotis ptinet diſciplinā interrogatū reſpōdere de lege: q̄ ſi ignorātiā in ceteris diligentē, in ſanctis ſcripturis obtēderit negligētē fruſtra iactat dignitatē cui⁹ nō exhibꝫ operationē. Sꝫ p̄fecto hodie pōt dici illō Michee. iii. Sacerdotes eius in mercede docebāt: ſicut ptꝫ de illis q̄ accipiūt beneficia ad firmā lucri cā. Itē de illis q̄ predicāt indulgētias ꝛ ꝯfraternitates cū infinitis pene mendaciis ꝛ ſymoniis. Itē d̄ illis ruffianis et infamib⁹ q̄ vehūt in equis et curribus ſacroſanctas ſanctoꝝ reliq̄as decipiētes ſimplices cū multis mendaciis et dicētes ꝙ ſubtili igenio extorquende ſunt pecunie a barbaris. Sed nouerint domini epiſcopi et eoꝝ officiarii q̄ tales ſupportāt propter munera q̄ inde ſuſcipiūt ꝛ dāt

ris mādata valde ampla ꝙ nō ſunt immunes a culpa coram deo ꝑut notatur extra de reliquijs ⁊ veneratione ſctōꝝ.cū ex eo. Ubi ꝓhibetur prelatis eccľie tales queſtores ⁊ abuſores recipere:ſed profecto hoc non faciunt:qꝛ habēt partem ſuam:au butin gallice.

N ¶ Tertia veritas. Eccľie dei prelati debent populū ſibi ſubditum exēplo bone vite ꝑcedere. ꝓbatio: qꝛ ſacerdos alio modo interpretatꝰ ſacer dux. Taliter ergo viuere debet prelatus in oculis populi ſui vt merito tandem poſſit ſibi dn̄s dicere illd̄ ps. Dux itineris quo ſ. itur ad celū:fuiſti in cōſpectu eiꝰ: vez populi tibi cōmiſſi. ⁊ plātaſti radices eiꝰ.i.corroboraſti eū in bona vita per tuā ſanctā exēplaritatem.et impleuit terrā.i.multiplicatus eſt nūero ⁊ merito Sed prohdolor multi precedunt ſubditos ſuos malo exēplo:ducētes eos poſt ſe ī precipitiū eternū. Dicit eñ Hieronymꝰ et recitatur diſt.xlv. Sed illd̄. ꝙ polluitur ex vno peccatore populus. Da exemplum de Oue morbida inter multas ſanas quas inficit. Dicūt enim ſubditi. Quare non potero habere concubinā:vel dare ad vſuram ⁊ huiuſmodi. ex quo curatus noſter ita facit:ita viuit. Aduertant igitur tales ad illd̄ Gregorij verbum ⁊ recitatur.xi.q.iij. Precipue. Tot(inquit)mortibus digni ſunt: quot ad ſubditos perditionis exēpla tranſmittunt. Studeāt ergo eos precedere verbo ⁊ exēplo:vt mereātur tandem precedere in celeſti palatio. Qd̄ nobis cōce.⁊c.

¶ Sermo.xxvi.

Uidi librum ſcriptū intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptē Apocal.v. Notādū ꝙ beatus Johannes vidit triplicem librum : videlicet.
Generationis humanalis.
Incarnationis diuinalis.
Sāctificatiōis ſacramētalis.

A ¶ De p̄rio lib. ſcribit Mathei.i. Liber generatiōis ieſu xp̄i.⁊c. In cuiꝰ quidē libri.ca.xxvi.legitur ꝙ Amon genuit Joſiam. Pro quo notādum eſt ꝙ iſte Amon fuit malus. Nam vt legitur.iiij.Reg.xxi. Fecit malum ī conſpectu dn̄i ſicut fecerat Manaſſes pater eius. Seruiuit enim ydolis ſicut pater eius:et ideo diuino nutu interfecerunt eum ſerui ſui in domo ꝓpria. Occaſio autem ſue malitie hec fuit. Uiderat enim Manaſſem patrē ſuum malum.et poſt penitentiam fuiſſe ad coronam reductum regni:ideo ꝓpoſuit malam vitam ducere dicēs. Pater meus in ſenio penitētiam egit.ſimiliter ⁊ ego cum ad ſ

ſam etatem peruenero/penitentiam agam.

B ¶ Sed fefellit eum longe vite promiſſio: quia exterminauit eum dñs valde velociter: quia mortuꝰ ē in flore ſue iuuentutis. Nam erat .xxij. annorum quando incepit regnare: et tantum regnauit duobꝰ annis. Ex quo patet ꝙ mortuus eſt anno .xxiiij. Sic ⁊ quilibet ſummopere debet cauere ne pretextu longe vite ⁊ penitēdi in ſenectute perſeueret in peccatis ne ſubito preoccupatus die mortis querat ſpacium penitētie ⁊ non poſſit inuenire: quia vt dicit Auguſtinus ⁊ recitatur de pe. di. vij. Nullus. Multos ſolet penitētia ſerotina decipere. His premiſſis deſcendēdum eſt ad nominis interpretationem.

C ¶ Amon igitur interpretatur tripliciter: vz donatio nutricius: matris fetus. Quelibet autem harū interpretationum conuenit tribus generibus perſonarum.

videlicet Jeſu chriſto.
Viro iuſto.
Virgini marie.

D ¶ Primo igitur chriſtꝰ poteſt dici Amon: hoc eſt donatio tam actiue ꝙ paſſiue. Actiue quidem: quia ipſe cum patre eſt ꝗ fecit apoſtolis donationem de ſpūſancto ſcðm ꝙ illis promiſerat Joh. xv. dicens. Cū venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre ſpiritū veritatis: ille. ⁊c. Item eiuſdem .xvi. c. Si abiero/mittam paraclytū ad vos Et de hac donatiōe ſcribitur Jaco. i. Omne datū optimum et omne donū pfectū eſt deſcēdens a patre luminū. Quale eſt donū tam perfectum ſicut ſpūſſctūs? Et hoc eſt qđ canit eccleſia. Qui paraclytus diceris donū dei altiſſimi. Item ipſe fecit ſingularem donationem Magdalene quando dicit ei Remittūtur tibi peccata Lu. vij. Item zacheo qñ dixit. Hodie huic domui ſalꝰ a deo facta eſt Lu. xix. Item mulieri deprehēſe in adulterio qñ dixit ei. Ego te non condēnabo. Jo. viij. Itez latroni qñ dixit ei Hodie mecū eris in paradiſo Lu. xxiij. Silr ⁊ hodie paratus eſt nobis facere maximaz donationē ſi penitere voluerimus dicēs illud Lu. iiii. Penitētiam agite appropinquabit regnum celorum. Unde hi oēs poſſunt dicere illō Ephe. iiii. Unicuiqꝫ noſtruz data eſt grā ſm mēſurā donatiōis xpi

¶ Item ipſe Xp̄s poteſt dici Amon .i. donatio paſſiue loquendo: qꝛ ipſe eſt qui donatus eſt nobis a deo patre: ſm illō Eſa. ix. Paruulus natꝰ eſt nobis et filius datꝰ eſt nobis.

E ¶ Scðo ipſe xp̄s pōt dici Amon .i. nutricꝰ: qꝛ ipſe eſt qui nos nutrit pane ⁊ potu ce

leſti in ſacramẽto altaris: vez ſuo corpore ⁊ ſanguine ⁊ hoc eſt quod dicit Johan. vi. caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. Iſta tñ nutricio multũ differt a nutritione aliorũ ciborum ⁊ potuum. Qui enim nutrit corporali cibo cõuertit ipm ſecũdum ptem in ſubſtãtiã corporis ſui, ſed hic eſt totaliter ediuerſo. Unde legimus de beato auguſtino. ꝙ in exordio cõuerſionis videbatur ſibi ꝙ audiret vocem de excelſo dicentem ſibi. Cibus ſum grãdium creſce ⁊ manducabis me. Nec tu me mutabis in te ſicut cibũ carnis tue: ſed tu mutaberis in me. Item qui nutritur pane corporali ⁊ materiali tandem moritur. ſed de hoc pane ſcribit Johã. vi. qui mãducat hunc panem viuet ineternum Item panis materialis ſumptus non lotis manibus non coinquinat hominem ſecũdũ domini ſententiã Math. xv. Sed de hoc pane ſcriptum eſt primi Cor. xi. ꝙ qui ipm mãducat indigne iudicium ſibi manducat.

F ¶ Tertio ipſe xp̃s poteſt dici amon: ide ſt matris fet⁹ non qualiſcũꝙ ſed multũ ſingularis ⁊ mirabilis. Fuit nã ꝙ iſte matris fetus mirabilis in cõceptione quia ſine patre formatus: ⁊ ideo non dicitur patris fetus ſicut dicitur matris fetus: non enim ita dicitur filius naturalis ioſeph ſicut marie. Secundo iſte fetus fuit mirabilior in ſua natiuitate: quia ſine dolore matris natus. Tertio fuit mirabiliſſim⁹ in vita ⁊ cõuerſatiõe qꝛ tot⁹ ſãct⁹ ⁊ totus gl'ioſus.

G ¶ Secundo predicta triplex interpretatio nominis amon conuenit iuſto viro q̃ Primo dicit amon: id eſt donatio ſiue donans. debet em̃ gratis donare iniurias ⁊ obprobria ſibi illata ꝓpter deum a quo ⁊ ipſe omni die petit debita ſibi relaxari ſecũdũ illud Luce. vi. Dimittite ⁊ dimittemini: date ⁊ dabitur vobis. Item debet donare temporalia pauperibus tempore ⁊ loco Math. v. Eſtote miſericordes ſicut pr̃ veſter celeſtis miſericors eſt.

H ¶ Scdo iuſtus dꝛ amõ. i. nutrici⁹: debet em̃ pane materiali nutrire eſurientes pane doctrinali errantes: pane ſpũali deum contemplãtes.

I ¶ Tertio vir iuſtus dicit amon: id eſt matris fetus: debet em̃ re ⁊ noĩe eſſe fet⁹ ⁊ fili⁹ mr̃is ſue eccl'ie ⁊ mãmas eius ſuggere p q̃s ĩtelligunt eccl'iaſtica ſacrã ſub qb⁹ latz lac gratiarũ ⁊ meritorũ de qb⁹ Can. prio. Meliora ſũt vbera tua vino. vñ de viro iuſto ⁊ ei⁹ matre põt dici illõ Lu. xi. Beat⁹ vẽter q̃ te portauit ⁊ vbera q̃

fixiſti. Venter eñi qui portat intra ſe iuſtuꝫ mater eſt eccłia intra cuiꝰ vterū requieſcūt iuſti numero ꝛ merito: cuiꝰ vbera ſunt eccłiaſtica ſacramenta vt dictū eſt. Hec aūt vbera ſemꝑ plena ſunt: nec aliqñ euacuantur lacte q̄tūcūq̧ hauriātur. Nec d;bet ſufficere iuſto ſuggere hec vbera: ſed ꝛ quēlꝫ ad hoc ipm̄ debet inuitare dicēs illud ꝓuerb. vij. Veni inebriemur vberibꝰ ſup. mr̄is eccłie.

K ¶ Tertio dicta interp̄tatio triplex cōpetit v̄gini glorioſe. Primo igit̄ ipſa pōt dici Amon. i. donatio ſiue donās Ipſa eñi adeo liberalis eſt in donādo q̄ preuenit ſuis bñficijs paupes petōres ſm̄ illud Prouer. xxxi. Manū ſuā aperuit inopi. i. pauperi petōri: ꝛ palmas ſuas extēdit ad pauperem: ad idem refertur.

L ¶ Scḋo ipſa ḋr Amon. i. nutritia: ſcꝫ filij dei quē nutriuit vbere de celo pleno: ſcḋm q̄ canit eccłia di. Ipm̄ regem angelorū ſola virgo lactabat vbere de celo pleno. Et notāter dicit q̄ ſola lactabat: contra illas mr̄es que nolūt accipere penā ꝛ ſollicitudinē ablactādi paruulos ſuos: ſed opꝫ eas hr̄e nutrices. Non ſic aūt egit regia celoꝝ. Item notanter dicit, vbere de celo pleno: qꝛ eſt cōtra cōem ꝛ naturalem modū virginū et puellarum q̄ poſſint hr̄e lac aptū ad ablactādum paruulū. Et ꝓpterea lac quo ablactauit Maria filiū ſuū non fuit naturale q̄tū ad modū formationis ꝛ reſolutionis; fuit tñ meliꝰ et delicatiꝰ lacte quarūcūq̧ mulieꝝ. Sicut etiā vinū illud qḋ ꝓductum eſt per ꝯuerſionē ſubitā aque in ip̄m in nuptijs Io. ij. Nam q̄to deꝰ eſt altior natura tāto opera eiꝰ que fiūt preter curſuꝫ nature ſunt ceteris operibus nature meliora.

M ¶ Tertio ip̄a maria ḋr Amon. i. matris fetus: ſcilicꝫ ipſiꝰ beate Anne: ſed non qualis fuit ip̄a maria cleophe aut ſalome que pariter fuerūt fetus ipſius anne. Tum qꝛ ipſa miraculoſe cōcepta ē: eo q̄ anna prius erat ſterilis. alie aūt due cōcepte ſunt naturaliter: qꝛ ex quo Anna cōcepit virginem Mariā facta eſt deīceps fecūda. Tum qꝛ ipſa ſine petō cōcepta eſt ꝛ nata. alie aūt due cū peccato. Tum qꝛ ipſa fuit ab angelo Joachim et Anne nūciata: ſm̄ Hierony. de alijs aūt hoc non legitur. Unde de mr̄e pōt quodāmodo dici ſimi'e qḋ dictuꝫ eſt de filia: vꝫ Benedicta tu in mulieribus. id eſt O glīoſa Anna que meruiſti concipere et parere dei matrē: angelorū reginā: petōrum aduocatricem: vere tu es benedicta inter ceteras mulieres poſt filiam tuā: et bn̄dictꝰ fructus vētris tui: ſcꝫ Maria

filia tua. Nec immerito eſt ta lis fructus vētris tui bñdict⁹: q꞉ per ipm angelus cepit leticiam: mūdus redēptionem: infernus liberationem: pctōres gratiā: iuſti gloriā. De hoc benedicto fructu Anne pōt dici illud Judich.xiij. Bñdicta es tu filia a dño deo excelſo pre oībus mulierib⁹ ſup terram. Ut ergo nobis impetret benedictionem gr̄e offeram⁹ illi benedictionem ſalutationis angelice dicētes illud Aue.ꝛc.

SEcūd⁹ liber ē incarnatiōis diuinalis. Hic aūt liber ſcriptus eſt intus ꝛ foris Int⁹ q̄dē q̄ttū ad vet⁹ teſtamētum in quo inuenim⁹ duo magna teſtīonia de hac digniſſima ꝛ ineffabili filij dei incar.

¶ Primo igitur inuenimus vnā figurā Judicum.iij. vbi legitur ꝙ mortuo Othoniel duce ꝛ iudice populi iſrael fecerunt filij iſrael malum in cōſpectu dñi. Propter qđ dñs cōcitauit aduerſus eos vnum mirabilem tyrānum qui dicebatur Eglon: q̄ erat rex moab id eſt paganorū ſic appellatorum. Cūq꞉ tenuiſſet eos.xviij annis ſub dura ſeruitute: tandem clamauerūt ad dñm deū ſuū: et ſtatim miſit eis ſaluatorem ꝛ liberatorem qui dicebatur Aioth: qui vtraq꞉ manu vtebatur pro dextera. Hic ergo Aioth fecit ſibi gladiū ancipitem: id eſt ex vtraq꞉ parte ſcindētem: quem abſcōdit ſub pallio. Cūq꞉ ſemel veniſſet ad regem Eglon vt offerret ei munera pro populo iſrael: dixit ei ꝙ vellet cum eo loqui in ſecreto. Juſſit itaq꞉ rex vt oēs recederent: qđ cū factū eſſet ecce Aioth vidēs eū ponderoſum et pinguiſſimum hoīem: atq꞉ per hoc credens ꝙ non poſſet ſe defendere fingēs velle eū ſalutare, acceſſit ad eū: et extracto gladio quē ſub pallio occultauerat: infixit ipm in vētrem Eglon adeo valde vt capulus gladij ſequeretur ferrū in vulnere: nec inde extraxit gladium: ſed ita vt pcuſſerat reliquit ipm i corpore. Et ſtatim per ſecreta nature alui ſtercora ꝓruperūt. Ipſe aūt Aioth mox per poſticam egreſſus eſt et aufugit: ſicq꞉ liberatus eſt populus domini.

N ¶ Ad propoſitum vidēdum eſt quid ſignificetur per Eglon: per Aioth: per gladiū eius: per populum iſrael captium. Eglon igitur qui interpretatur vitulus meroris ſignificat diabolum qui eſt in continuo mer[ore] et triſtitia: tum propter g[lori]am irreparabiliter amiſſam: tum ꝓpter penarum quas patitur multiplicitatem ꝛ grauitatē. Aioth autē qui interpretatus inclytus vel glioſus ſignificat xp̄m quia vt dicit Auguſtin⁹ Non eſt maior glorificatio q̄ glori

ficatio vel in humanitate ⁊ di
uinitate.
D ¶ Per gladium autem
eius quo vtitur vtraqꝫ manu
ſignificatur iudiciaria chriſti
poteſtas qua vtetur cum dex-
tera vocādo electos ad regnū
dicens. Venite benedicti pa-
trismei percipite regnum qđ
paratū eſt vo.⁊c. Math.xxv.
Item iſto gladio vtetur cū ſi-
niſtra eijciendo reprobos a ſe
dicens. Ite maledicti ī ignem
eternum qui paratus eſt dia.
et ang.eiꝰ.vbi ſupra. Vel per
gladiū ancipitem.i.ex vtraqꝫ
parte acutum ſignificatur ea-
dex chriſti iudiciaria poteſtas
qua exterminabit reprobos in
corpore ⁊ aīa. Et hoc eſt quod
ſcribitur Apoca.i.et.xix.capi
tulis.ꝙ de ore eius ſcꝫ iudicis
chriſti procedebat:id eſt pro-
cedet gladius bis acutus ſiue
ex vtraqꝫ parte acutus : vt in
ipſo percutiat gentes.i.pecca
tores:et ipſe reget eas:ſcꝫ gen
tes peccatrices : in virga fer-
rea:ſcꝫ in inferno. Iſte autem
gladius ſeuere finalis dei iu-
ſticie nunc ab[ſ]cōditur ſub pal
lio:ſecund[um] illud Luce.xix.
Et quidem in hac die tua que
ad pacem tibi:nunc autem ab
ſcondita ſunt ab oculis tuis:
ſed tunc manifeſte apparebit
quia ipſe chriſtus dicit illud
Exodi.xv. Euaginabo gladiū
meum:ſcilicet in die iudicij cō
tra petōres : et interficiet eos
manus mea : id eſt extermina
bit eos ſententia mea. Audiant
igitur occulti peccatores ⁊ in
telligant illi qui tātum timēt
infamiam preſentis ſeculi ꝙ
quando iſte iudex Aioth per
cutiet eos in iudicio/tunc de-
nudabit viſcera eorum : quia
peccata que nunc latent veni-
ent ad lucem in die iudicij co-
ram toto mundo : ſecūdum il
lud.i.Corinthiorū.iij. Tunc
vniuſcuiuſqꝫ opus manifeſtū
erit. Et Luce.xij.ait ſaluator.
Nichil opertum quod nō re-
ueletur: neqꝫ abſconditum qđ
non ſciatur:quoniam que ī te
nebris dixiſtis in lumine dicē
tur : et qđ in aure locuti eſtis
in cubiculis predicabitur ī te-
ctis. Illud igitur ponderent
occulti peccatores et peccatri
ces que pro toto mundo non
vellent ꝙ peccatum eorum ve
niret ad lucem:ſed velint no-
lint ſemel veniet ad earū per-
petuam confuſionem.

¶ Sed magis ad propoſitū
per gladium Aioth occulta-
tum ſub pallio quo interfecit
regem Eglon ſignificatur chri
ſti diuinitas que occultaba-
tur diabolo ſub pallio huma
nitatis:ſecundum illud Phi
lipenſiū.ij. Habitu inuentus
vt homo:cum iſto autem gla
dio quem extraxit et oſtendit
in cruce deuicit diabolum : et
per hunc modum mundus li
beratꝰ eſt de captiuitate et ſer

tiltute diaboli et peccati.

¶ Moraliter prout notatur in gloſa interl. Per iſtam hiſtoriam datur nobis intelligi q̄ quando peccamus in cōſpectu domini: tunc peccata noſtra prebent vires et ingreſſum hoſtibus noſtris: ſcz demonibus: et etiam hoſtib9 viſibilibus: ſicut ſepe contingit tempore bellorum: quia vt dicit Hieronymus: et recitatur xvi.q.i. Reuertimini. Propter malitiam hominū ex ira dei mūdus fame: penuria: peſtilentia ⁊ bellis opprimitur. Item Gregorius: et recitatur xxiii.q.iiii. Si quos. Belli peſtis interimit quos delinquentes ad rectitudinis viam dei precepta non reuocant.

¶ Secundo infra hunc librū inuenim9 vnam prophetiam que habetur Michee.vii. Ubi ſic loquitur propheta dicens Ego ad dominum aſpiciam: videlicz in eo figendo anchoram ſpei mee. Et expectabo deuz ſaluatorem meum: id eſt Ieſum chriſtum qui eſt verus deus et verus ſaluator: quem olim expectauerunt ſancti dei ꝓphete et patres tam in mundo q̄ in limbo. Unde patriarcha Jacob cum eſſet prope interituz dixit ſic. Saluatorem tuum expectabo domine. Geneſis.xlix. Et de hac expectatione loquebatur Pſalmiſta cum inquiebat. Expectans expectaui dominum: ſupple incarnandum. nec quidem fruſtra: quia tandem intendit michi. Et exaudiuit preces meas et eduxit me de lacu miſerie: id eſt limbi: et de luto fecis: id eſt culpe.

P ¶ Moraliter iſta poſſunt eſſe verba viri iuſti in aduerſitate conſtituti: qui quantuncunq3 grauetur aduerſis, non tamen debet ꝓpterea deſperare dei adiutorio: neq3 iuxta cōmune prouerbium proiicere manubrium poſt ſecurim Sed oculos mentis ad deum per firmam ſpem erigere ⁊ dicere. Ego ad dominum aſpiciam: in eo figens anchoram ſpei mee: et expectabo deum ſaluatorem meum: id eſt qui ſolus poteſt ſaluare et liberare a tantis anguſtiis meis.

¶ Secundo iſte liber ſcript⁹ eſt foris q̄tum ad nouũ teſtamentum in quo inuenimus ſcriptum Johã.i. ꝙ cum chriſtus vocaſſet Philippum dicens ei. Sequere me ipſe philipp⁹ obuiãs nathanaheli fratri ſuo in lege doctiſſimo viro dixit ei. Quẽ ſcripſit moyſes ĩ lege: vez Deutro.xvi. ⁊ ꝓphete omnes enim prophete de chriſto loquuntur: ſed inter ceteros precipue Eſaias Jeremias: Ezechiel: Daniel: Sequitur. Inuenim⁹ iheſum filium Joſeph: non quidẽ verum ſed putatiuũ a nazareth: quia ibi conceptus ⁊ pro maiori parte nutritus. Uel forte Philippus adhuc ſimplex putabat chriſtum in nazareth fuiſſe natum: vt dicit domin⁹ Hugo cardinalis vir integerrimo ingenio. Nathanael ãt tanq̄ in lege peritiſſim⁹ bene nouerat ꝙ in bethleem naſci debebat ver⁹ meſſyas: nec tamen aſpere reprehẽdit ſimplicitatem ⁊ ignorantiã fratris ſui dicens ei mentiris. ſicut ſolent facere multi arrogantes exaſperantes idiotas ⁊ ſimplices tanq̄ canes: ſed interrogatiue dixit ei. A nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Philip. aũt volens oſtẽdere ꝙ ſic dixit ei Ueni ⁊ vide: ⁊ tũc in effectu cõperies ꝙ ſic. Sic ⁊ hodie multis videtur: ꝙ in villulis ⁊ p̄uis oppidis nulli ſint litterati aut virtuoſi: ſed tantum magnos credunt in magnis ciuitatibus reſidere. Propter quod reclamant ſe de tali vel tali magna ciuitate ⁊ ex tali progenie originem ſumpſiſſe potiſſime quãdo extra proprium ſolum cũ ignotis confabulantur quo fit vt quãdoq̄ quis reclamet filium militis qui eſt filius piſcatoris: ⁊ alius dicat ſe ex magna ciuitate originē ſũpſiſſe et ciuem illius eſſe qui ab ineunte etate educatus eſt in rure aut nemore: quorum menſio apud ſcriptores eſt tã eccl'iaſticos q̄ ſeculares q̄ iactabũdos tales criminantur.

Ps ¶ Modus autẽ quo hec incarnatio facta eſt patere poteſt in rebus naturalib⁹: et potiſſime in falcone. Nam falco habet multas ꝓprietates propter quas merito ſignat xp̄m et eius glorioſam incarnationem. In primis falco ſm ambroſiũ in Exameron inter oẽs aues que viuũt ex preda habet affectũ valde pium. Nutrit eĩ non ſolum ꝓprios pullos ſed etiã pullos aquile: quos ipſa aquila eijcit qñq3 extra niduz et potiſſime vbi videt ꝙ habẽt debilem viſum intãtũ ꝙ non pñt reſpicere claritatem ſolis

¶ Scdo falco ſm dñm Albertum in lib. de aĩalib⁹ cum maximo impetu in ſuã predã fertur: et ideo ne ex tali impetu ledatur ſolet falconari⁹ alõge oſtendere falconi predam ſuã ne ſe ſubito precipitet ſup eã.

¶ Tertio falco qñ vult predari primũ volat in altũ: et tunc cõpoſitis vnguib⁹ ad pectus cũ maxĩo impetu deſcendit in auẽ: intãtũ ꝙ excitat maximũ vẽtũ cũ alis ſuis: ⁊ ſic ferit auẽ ꝙ frequẽter mẽbratim eã deſcerpit: et ĩ terrã mortuã ꝓijcit

¶ Ad ꝓpoſitũ ſic fuit de xp̄o qui in primis habet affectum adeo pium ꝙ pulli .i. pctõres quos diuina iuſticia eijcit a nido celi tanꝙ degeneres ip̄e recipit ⁊ reponit ĩ nido mĩe ſue q: vt habet Lu. xv. Hic pctõres recipit ⁊ mãducat cũ illis Hoc patuit ĩ Magdalena Petro et Paulo ⁊ hmõi. Item non ſolũ paſcit iuſtos et ſctõs ſed etiã pctõres et iniuſtos: vt habet Math. v. Item iſte generoſus falco in ſua incarnatione tãto impetu deſcẽdit ſupra ſuã predã: vc3 naturam humanã: eã ſibi vniẽdo ꝙ deiceps non potuit ab eo euelli: q: vt dicit Damaſce. qd̄ ſemel aſſũpſit dei fili⁹ nũꝙ dimiſit. Fuit aũt iſta preda huic falconi alõge preoſtenſa: q: ab eterno ſm qd̄ canit eccleſia. Aſpiciẽs alonge ecce video dei potentiã veniẽtem. ⁊c. Item iſte falco tũc volauit in altum qñ aſcẽdit arborem crucis: et tũc cõpoſitis vnguib⁹. i. manibus et pedib⁹ cruci affixis cũ maximo impetu deſcẽdit in auem ſc3 clauſtra inferni reſerando et ſctõs patres inde rapiendo et educẽdo. Uel melius Tunc cũ maxĩo impetu deſcendit in auem. i. in coruũ illũ infernalem qñ eũ eiecit foras. Uel aliter. Poſſum⁹ iſtud referre ad ſcdm dñi aduẽtũ: in quo deſcẽdet cũ tãto impetu in vallem Ioſaphat: cõpoſitis manib⁹ et pedib⁹ ad pectus. i. cũ cicatricib⁹ vulnerũ ſuoꝝ qd̄ terrebit: nedum malos ſed etiã iuſtos ⁊ angelos: et tũc valde dure feriet reprobos eos perpetuo exterminando dicẽs illis Ite maledicti in ignem eternum Mathei. xxv.

Tertius liber ſz ſanctifi-cationis ſacramentalis de quo ſubdit Johēs in theu-mate ꝙ ſignatus eſt ſigillis ſe ptem. Unde poſtꝗ dictum eſt de quinto ſigillo per qḋ intel ligimus ſacramētum ordinis et de ſecretis ſub eo contentis Nūc dicēdū occurrit de ſexto ſigillo per qḋ intelligim⁹ ſa-cramentum confirmationis.

Q ¶ Sub iſto igitur ſigil-lo cōtinētur ſex magna ſecre-ta myſteria. Quoꝝ primū eſt tale. Sacramētū cōfirmatio-nis eſt tāte excellētie ⁊ digni-tatis vt non niſi a maioribus valeat cōferri prelatis. Jſtud ſecretū ponit doct. ſan. iij. pte q. lxxij. ar. xj. Qḋ quidē ſecre tum aperitur duplici claue.

¶ Primo ſiquidez aperitur claue figuratiue declaratiōis Legitur eñi. ij. Paralip. xxiij ꝙ fuit quidam homo dictus Joiada: qui erat ſumm⁹ pon-tifex legis. Hic ergo pontifex mortuo Ochoſia rege Juda aſſūpſit filiū eiuſdem: cui no-men Joas: et eū vnxit in regē ſup pplm dñi. ¶ Ad ppoſitū per Joiadam q̄ interpretatur cognoſcēs dñz ſignatur quilz epiſcopus ⁊ ſupra. Nā maiores pre-lati debēt cognoſcere dñz per fidei ſinceritatem: ſacrarū lit terarū peritiā: et moꝝ hone-ſtatem. Jn cuius rei ſignū epi deferunt mitrā bis cornutam per qḋ ſignatur cognitio ⁊ pe ritia vtriuſqꝫ teſtamēti quam debent habere.

R ¶ Sed prochdolor. Jſtḋ ſignū eſt fallax in multis. Nā ſunt pleriqꝫ prelati q̄ vix ſciūt cōgrue loqui: et potius diſpu tāt de principiū querelis ꝗ de dei cauſſis. Citi⁹ inter eos ver ſatur ſermo de delicatis cibis et potib⁹ atqꝫ reb⁹ vanis ꝗ de ſacris eloquijs et verbis edifi catiuis. Facilius deniqꝫ inue-nirent aprū aut ceruū i ſylua latētem et leporē in dumo ab ſcōditū: ꝗ in ſacris codicibus ſalubre documētū. Magis ex perti i reuolutiōe folioꝝ char tarū ꝗ decretoꝝ aut decreta-lium. Ecce quales habet eccle ſia cōtra inimicos fidei catho lice ſtrēnuos defēſores. Et tñ iura cauēt ꝙ defectus ſciētie cōpetētis deijcit epm iam pro motum: vt ptz Extra de etate et qualitate ⁊ ordine preficiē-doꝝ. c. ꝗuis. Ubi ponitur ca-ſus de epo qui nūꝗ audierat grāmaticā: cōpetēs tñ ſciētia in epo tolleratur vt dicit glo. ſup idē caplm. Jtem di. xliiij. Pro reuerētia. Dicitur ꝙ in mēſa epi non debēt eſſe fabule ſed lectio ſacre ſcripture. Silr oibus epis interdicit venatio preſertim ſaltuoſa et clamoſa vtpote illa q̄ fit in ſyluis oino interdicit epis ⁊ oib⁹ clericis ꝗuis laicis pmittatur. Sec⁹ de venatione que ſine clamore ſed quiete exerceri pōt: vt ptz

in dec. di. xxxiiij. Quorūdam vbi ſinglr rephēdūtur clerici gallie ꝛ germanie q̄ huic arti vacāt frequēter. Itē extra de clerico venatore. c. Epm. non ſolū clericis venatio interdici tur ſ; etiā pena eis infligit: vt pote ſuſpēſiōis ab officio. Vñ dicit Hiero. ꝙ venatorē nūꝙ̄ legim⁹ ſctm̄: piſcatores aūt in uenim⁹ ſctōs. et recitatur di. lxxxviij. Eſau. Vbi datur exē plū de Eſau q̄ venator erat: qꝛ pctōr erat. Sed vñ diſgreſſi ſu m⁹ redeūtes dicim⁹ ꝙ p ioab q̄ interp̄tat ſperās: et q̄ inūgit ī regē p myſteriū ioiade ſūmi ſacerdotis ſignāt q̄l; ſuſcipiēſ ſacr̄m cōfir. q̄ ip̄m ſuſcipit ſpe rās ꝙ ſibi multū ꝓderit ī bel lo ꝯtra demones ꝛ fidei catho lice hoſtes vbi potiſſime īpu gnaret fides. Tūc ḡ ioiada pō tifex legis inūgit Ioab oleo ſctō qñ ep̄s aliquē fidelem ſiue virum ſiue mulierem inungit criſmate ſacro.

¶ Scđo iſtud ſecretū aperit claue auctoritatiue ꝓbatiōis. Scribit em̄ ad hoc ꝓpoſitum de cōſe. di. v. Man⁹. ꝙ ſacr̄m man⁹ impoſitiōis. i. cōfirma tionis magna veneratiōe tenē dū eſt qđ ab alijs pfici nō pōt niſi a ſūmis ſacerdotib⁹. Nec tpe apl'oꝝ ab alijs ꝙ̄ ab ipſis aplis legitur aut ſcit peractū eſſe. Nec ab alijs ꝙ̄ ab illis qui eoꝝ tenent locū vnꝙ̄ pfici pōt aut dꝫ. ꝙ ſi aliter pꝛeſumptū fuerit irritū habeat et vacuū: et inter eccl'iaſtica nūꝙ̄ repu tabitur ſacra. hec ibi. Sꝫ pro maiori euidentia hic inſerun tur tres veritates.

S ¶ Prima igitur veritas. Sacr̄m cōfirmatiōis ꝛ ſi non ſit tante neceſſitatis ſicut ꝛ ſa cramētū baptiſmi eſt tñ maio ris dignitatis. Pria pars ſa tis nota eſt: qꝛ ſine ſacramen to cōfirmationis quis pōt ſal uari/ non aūt ſine ſacramento baptiſmi: ſm illđ Io. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpū ſan. ꝛc. Scđa pars ptꝫ: qꝛ ſolus ep̄s eſt miniſter hui⁹ ſa cramēti vt hēt di. xxviij. Quis Simplex aūt ſacerdos pōt ba ptiſmū dare: igitur. Et idem pōt argui de ſacro penitentie altaris et extreme vnctionis quoꝝ ſimplex ſacerdos habēs curam aīaꝝ pōt eſſe miniſter: non aūt hui⁹ ſacramēti: igit.

T ¶ Scđa v̄itas. Ad digni tatem ꝛ excellentiā hui⁹ ſacra mēti facit ꝙ xp̄s in pſona ip̄m inſtituit. Patet hec veritas. Nam ſm dñm Petrū de pa lude in. iiij. ſenten. xp̄s hoc ſa cramētū īſtituit qñ paruulis manus impoſuit: de quo legi tur Lu. xviij. Iudei em̄ addu cebāt paruulos ſuos ad xp̄m vt eos tangeret: quod cum vi diſſent diſcipuli increpabant ipſos iudeos: ſed eos reprehē dit xp̄s dicēs. Sinite paruu los venire ad me: talium. ꝛc.

Ex quo paſſu trahũt ſacri do
ctores xp̄m tunc hoc ſacramē
tum quodammodo figurati=
ue inſtituiſſe. Dico aũt figura
tiue: quia non videtur q̄ illis
paruulis tũc dederit ſacramē
tum confirmationis in re: q2
vſus illius ſacramēti non cō=
ueniebat ante miſſionem ſpi=
ritusſancti: vt dicit dñs Flore
tinus in.iiij.parte ſumme ſue
titu.xiiij.capi.xiiij. Uel forte
alia vice hoc ſacramentũ inſti
tuit: licet non ſit ſcriptum qñ.

D ¶ Tertia veritas. Hoc ſa
cramentũ in primitiua eccleſia
erat maxime in vſu ⁊ practica
Patet per illud qđ legitur de
apl'is Actuum.viij. Impone
bant manus ſup illos: ſcʒ apo
ſtoli: et accipiebãt ſpm̄ſanctũ
Sed proh dolor modernis tē
porib9 videtur q̄ſi penit9 obli
uioni traditũ: ab alijs aũt ha
beri in deriſum ⁊ contēptum:
non ſine graui diſpendio ſalu
tis talium. Ipſm itaq3 venere
mur ⁊ amplectemur cũ effectu
vt de ſacrali cõfirmatione ad
celeſtem ⁊ perhēnē trãſeam9.
Quã nobis cõcedat qui.⁊c.

¶ Sermo.xxxij.

Uidi librum ſcriptũ intus ⁊ fo=
ris ſignatum ſigil
lis ſeptē Apocal.v. Notãduʒ
q̄ beatus Johannes vidit tri
plicem librum: videlicet.
Generationis humanalis.
Incarnationis diuinalis.
Sãctificatiõis ſacramētalis.

A ¶ De prio lib. ſcribit Ma
thei.i. Liber generatiõis.⁊c.
In.xxxij. aũt cap. hui9 libri le
gitur q̄ zorobabel geñ. Abiud

A ¶ Ubi notãdum q̄ Abiud
interpretatur Pater meus.
Hec aũt interpretatio conue
nit tribus gñibus pſonarum.
videlicet
Jeſu chriſto.
Uiro iuſto.
Uirgini marie.

B ¶ Primo igitur xp̄s põt
dici Abiud: hoc eſt pater me9
tam ſm diuinitatē q̄ ſm hũa
nitatē. Nam in primis ſm di
uinitatem q̄lʒ fidelis põt eũ vo
care Abiud.i. patrem ſuum.
Uñ ipſemet de quolʒ tali dicit
p os dauiticũ. Ipſe ſcilʒ iuſt9 fi
delis inuocauit me dicēs ſup.
pater me9 es: de9 me9 q̄tũ ad
diuinitatem: et ſuſceptor ſalu
tis mee q̄tũ ad hũanitatem.
Et ponit preteritũ p futuro:
veʒ inuocauit p inuocabit.

C ¶ Notãdum ergo q̄ oēs
hoīes tam boni q̄ mali poſſũt
vocare deũ patrē ſuũ ſcʒ crea=
tione ſm illđ ps. Ego dixi dij
eſtis et filij excelſi oēs. Pro=
pterea tã boni q̄ mali pñt di
cere illđ Mala.ij. Pater vn9
eſt oīm nr̄m. Spũaliter aũt iu
ſti pñt eũ vocare patrē ſuũ a=
doptiõe ſm illud Ro.viij. Re
cepiſtis ſpiritum adoptionis
Spũaliſſie vo ſol9 xp̄s q̄tũ ad
diuinitatē põt eũ vocare prē

nature idẽtitate: ſm illud ps. Fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie. i. in die eternitatatis genui te. Et ſunt vba patris ad filium in diuinitate. Hūc igitur patrem debem⁹ cõformiter et cõ fratrem noſtrũ xp̃z honorare et cũ eo dicere illud Joh. viij. Honorifico patrẽ meũ ſcz celeſtem. Sed de hoc multa dicta ſunt in primo ſermone huius qñ dictũ eſt de interpretatiõe huius nominis Abraham.

D ¶ Eſt tñ notãdum q᷑ iſte pater celeſtis ſolet ſe hr̃e interi⁹ erga filios ſuos quẽadmodum pater carnalis exterius erga ſuos. Prĩo ſiquidem pater carnalis ſolet filios ſuos delinquentes primũ ſuauiter corrigere: deĩde ſeuere ꝛ dure ſi viderit eos in malis pſeuerare. Et ꝑpterea dr̄ pater a paciox pateris: eo q᷑ pater propter filios ſuos multa patiaẽ Et etiam qr corrigendo filiõs ſuos faciat eos pati. Uel quia ipſe tũc in aĩo patitur ſiue cõpatitur. Sic et pater celeſtis filios ſuos ex fragilitate peccãtes ſuauiter ſolet corrigere et benigne: q᷑ ſi viderit eos cõtumaces et proteruos, tũc dure et rigide ſolet eos flagellare. Et hoc eſt qđ dicit de pr̃e pio habẽte filios indiſciplinatos. ps. lxxxviij. Si dereliquerint filij ei⁹ legẽ meã: et in iudicijs meis nõ ambulauerint. Si iuſticias meas prophanauerint et mãdata mea non cuſtodierint. Uiſitabo in virga iniquitates eoꝝ: et in verberib⁹ peccata eoꝝ. Miam aũt meã non diſpergã ab eo ſcz patre. q. d. ꝗuis iraſcar cõtra filios impios non tñ contra patrẽ piũ et bonũ: et preſertim qñ adhibuit debitã diligẽtiã in caſtigandis filijs ſuis. Hic etiã pater quodãmodo cõpatitur qñ opꝫ eum flagellare filios ſuos ꝑuerſos ſm illud Eſaie. i. Heu cõſolabor ſuper hoſtib⁹ meis et vĩdicabor de inimicis meis et cõuertã faciẽ meã. i. rigorẽ iuſticie mee ad te. Jſte ergo pater multa patiẽter ſuſtinet a filijs ſuis: et qñq᷒ facit eos bene pati: etiã ĩ pñti vt corrigãtur q̄ vt habeẽ Heb. xij. Flagellat deus oẽm filiũ quem recipit.

¶ Scđo pater carnalis ſolet filios ſuos corporaliter reficere et nutrire: et ideo dr̄ pater a paſcẽdo. Sic de⁹ filios ſuos reficit ĩ mẽte ſpũalib⁹ delitijs vcꝫ gratijs ꝛ virtutibus: vt ſic incremẽtum ſumãt meritoꝝ. Jtem ſolet etiã eis de tẽporalibus ſufficienter ꝓuidere: ſm illud Math. vi. Cõſiderate volatilia celi non laborant neq᷒ nent: et tñ pater veſter celeſtis paſcit ea. Jtem paſcit nos in ſacramẽto altaris ſuo ſanguine ꝛ corpore: ſm illud Jo. vi. Caro mea vere eſt cibus et ſanguis meus vere eſt potus.

¶ Et nota q᷑ ſicut pater car-

nalis qñq; adeo diligit filios ſuos et filias q ſibi ſubtrahit neceſſaria vt eos nutriat ⁊ eis ſubueniat: ſicut patet de illis qui ſe euiſcerãt p prouidẽdis filijs et filiabus maritandis. Sic ⁊ xpus paup factus eſt vt nos ditaret: ⁊ hoc eſt qđ dicit Apo.ii.Cor.viij. Scitis.i.ſcire debetis gratiã dñi nři ieſu xpi: qui propter nos egen⁹ factus eſt cũ eſſet diues: vt illi⁹ inopia vos diuites eſſetis.

Tertio pater carnalis ſolet filios ſuos in bonis morib⁹ et literis inſtruere aut p ſe ſi poteſt: aut per aliũ ſi non poteſt ſcđm illud Eccl.vii. Si filij tibi ſint erudi illos. Item ſolet eos in aliquibus artibus facere informari: vt in poſterum poſſint inopem defendere vitam. Sic et pater ille celeſtis vult omnes filios ſuos in fide et bonis moribus imbui vt in pñti poſſint cum tali arte lucrari regnu; celeſte. Unde ad hunc finem deſcendit dei fili⁹ in hunc mundũ: vt ſc; nos verbis et exẽplis erudiret: ⁊ hoc eſt qđ dr Act.j. Cepit ieſus facere et docere. Et Titi.ij. Apparuit gratia ſaluatoris nři dei oĩbus hominibus erudiens nos ſc; verbo et exẽplo vt abnegãtes impietatẽ ⁊ ydolatriam et ſecularia deſideria ſobrie quo ad nos: iuſte quo ad p̄ximum: ⁊ pie quoad deũ viuamus in hoc ſeculo. Et ſic patet quomodo xp̄s ſm diuinitate; dicitur abiud.i. pater meus. Secũdo dicitur abiud .i.pater me⁹ quoad humanitatem: quia ſecundũ q hõ genuit nos in cruce et adhuc generare non ceſſat in baptiſmali ablutione ſm illud Jaco.j. Uoluntarie genuit nos verbo veritatis: genuit ergo nos vt dicit Apo. Tit.iii. Per lauacrũ regenerationis et renouationis ſpũſſancti. quẽ effudit in nos abũde: ſc; ad remiſſionẽ omniũ peccatorum.

E ¶ Secũdo dicta interpretatio poteſt cõuenire viro iuſto q̄ merito poteſt dici abiud .i.pater meus.

F ¶ Pro quo notandum q vir iuſtus quandoq; eſt p̄lat⁹: quandoq; predicator: qñq; ſacramẽtor; adminiſtrator. Si igitur ſit prelatus tũc ſubditus eius vocare poteſt abiud.i. patrẽ meũ ſiue patrem ſuum. Et hoc modo vocabat helize⁹ helyam patrẽ ſuum cu; videbat eũ ſurſu; eleuari in curru igneo. Unde ⁊ dicebat. Pater mi: pater mi currus iſrł et auriga eius.iiij.Reg.ii. Et tali patri eſt per omnia obediendũ. Similiter ſi ſit p̄dicator ſeu doctor: tunc diſcipulus et auditor poteſt eũ vocare patrẽ ſuũ et talis pater eſt audiendus ſecundum illud Deutro.xxxii. Interroga patrẽ tuũ et annũciabit tibi maiores tuos et di

cent tibi qualiter te ſupple re
gere in via dñi debeas. Talis
pr̄ erat Paul'. q̄.j. Coꝛ. iiij.
dicebat. In xp̄o ieſu p euāge-
liū vos genui. Itē gal'. Filioli
mei quos iterū pturio: ſcȝ cuȝ
laboꝛe et doloꝛe: donec foꝛme
tur in vobis xp̄s .i. donec con
foꝛmemini xp̄o in bono virtu
tis et gr̄e. Talis inq̄ pr̄ nō eſt
dilacerādus aut detrahendꝰ:
ſed honoꝛādꝰ ꝛ ſuppoꝛtandꝰ.
G ¶ Propterea in decretis
di. xcvj. in ſcripturis. Recitat
q̄ impatoꝛ Cōſtātinus ſolitꝰ
erat dicere: vere ſi ꝓpꝛijs ocu
lis vidiſſem ſacerdotē dei: aut
aliquē eoꝛū q̄ i monachali ha
bitu circūamicti ſunt peccātē
chlamydē meā expoliarē ꝛ eū
coopirē ne ab aliquo videret.
Itē ſi ſit talis iuſtus ſacroꝛuȝ
adminiſtratoꝛ ſilr̄ pōt vocari
abiud a quolibȝ ſubdito .i. pr̄
meus: vbi gr̄a. Ep̄s oꝛdinans
aliquē ip̄o facto efficitur pa-
ter eiꝰ ſpūalis. Silr̄ ſacerdos
baptizās aut confeſſiones au-
diēs. Nā inter dantē ſacr̄m et
ip̄ȝ ſuſcipientē contrahit ipſo
iure quedā ſpūalis cognatio.
Adde q̄ etiā contrahitur cog
natio ſpūalis inter eū q̄ tenet
aliquē in baptiſmo vel confir
matione et ip̄m qui ſacr̄m ſuſ
cipit: et eū ex tunc debet dili-
gere tanq̄ patrē ſuum. Ita di
citur. xxx. q. iij. ita. Ita inquit
textus diligere debet hō eū q̄
ſuſcepit ip̄m de ſacro fonte ſi-
cut patrē ſupple carnalē: vt ex
ponit glo. Patet ergo quo-
modo iuſtus pōt a multis ap
pellari abiud .i. pater meus.
H ¶ Tertio dicta interp̄ta-
tio cōpetit virgini glorioſe: q̄
merito pōt dici abiud .i. ma-
ter mea. Nam quilibȝ fidelis
poteſt eā vocare matrē ſuam.
Pro quo notendū ſm Dñm
Anthoninū Floꝛētinū in ſum
ma ſua pte. iiij. t. xv. c. ij. q̄ ſi-
cut aliq̄s hō poteſt dici pater
multipliciter: ſcȝ genitura: cu
ra: etate: honoꝛe: affectu. Sic
om̄ibus illis modis ip̄a bea-
ta virgo pōt dici mater nr̄a.
I ¶ Pꝛimo em̄ dicitur mr̄
noſtra genitura q: ip̄a genuit
et pepit nos in maximis illis
doloꝛibꝰ quos paſſa eſt i paſ-
ſione filij ſui. ¶ Scd̄o eſt mr̄
nr̄a cura in tm̄ q̄ oībus apit ſi
nū mīe ſue: nec eſt q̄ ſe abſcon-
dat a caloꝛe bñficioꝝ eius. Vn̄
Bernar. Sileat inq̄t miaȝ tuā
o vgo btā q̄cūqȝ in neccitatibꝰ
ſuis te inuocātē ſibi deeſſe ſen
ſerit. ¶ Tertio eſt mater nr̄a
antiq̄tate. Solemus em̄ anti
quos viros vocare patres: et
ātiquas mulieres matres: ſed
q̄ antiq̄oꝛ mulier vgīe maria
q̄ etiā d̄ ſe ip̄a dicit Eccl'. xxiiij
Ab initio ꝛ añ ſcl'a creata ſum
et vſqȝ ꝛc. Nam añ ſcl'a creata
fuit in mēte diuīa .i. p̄deſtina-
ta ꝛ p̄uiſa vt eēt mater dei ꝛ ex
inde mater noſtra. ¶ Quar-
to eſt mater noſtra honoꝛe et

dignitate. Solemus enim mulieres in dignitate cõſtitutas vocare mres: ſicut ptz ď abbatiſſis. Sz q̄ dignioꝛ aut honorabilioꝛ dei matre: q̄ etiã appellat regia celoꝝ: dña angeloꝝ ⁊ hoiz atq; omi laude dignissima: hoc ē mater nr̄a affectu et pietate. Sũme enĩ afficitur ad salutē oim noſtrũ: ſicut ptz ex verbis Bernar. dicētis. O hõſecurũ acceſſũ hēs. ⁊c. Ut igitur ſemp nobis afficiat eam ſalutemus. ⁊c.

SEcũdus liber ē incarnatiõis diuinalis. Hic aũt liber ſcript⁹ eſt intus ⁊ foꝛis. Intus quidē q̄tũ ad vetus teſtamentũ: in quo inuenimus duo magna teſtimoia de hac ineffabili filij dei incarnatiõe. ¶ Primo itaq; inuenimus vnã figu. q̄ hētur Joſue. j. vbi inter cetera legit: q̄ moꝛtuo moyſe dñs dixit ad Joſue filiũ Naue. Moyſes ſui⁹ meus moꝛtu⁹ eſt. Surge ⁊ trãſi ioꝛdanē iſtũ tu ⁊ oĩs ppl̄us tecũ et vade ĩ terrã quã dabo filijs iſrl̄. Oēm locũ quē calcauerit veſtigiũ pedis vr̄i vobis tradã ſicut locut⁹ſũ moyſi. A deſerto ⁊ libano vſq; ad fluuium magnũ eufratē: oĩs t̄ra etheorũ vſq; ad mare magnũ cõtra ſolis occaſuz erit termin⁹ vr̄. Nullus poterit vobis reſiſtere cũctis diebus vite tue. Sicut fui cũ moyſe: ita ero tecuz et nõ dimittaz te. Confoꝛtare igit et eſto robuſtus. Hec ibi. Itē de iſto Joſue ſcribit Eccl̄iaſti. xlvj. vbi noiatur ieſus: et de eo dicit ſic. Jeſus. i. Joſue filius Naue: foꝛtis in bello: ſucceſſoꝛ moyſi in ꝓphetis q̄ fuit magnus ſm nomē ſuuz maxim⁹ in ſalutē electoꝝ dei expugnare ſupple venit inſurgentes hoſtes.

K ¶ Ad ꝓpoſitũ igit. Joſue q̄ interpꝛetatur ſal⁹ vel ſaluatoꝛ recte ſignificat xp̄m q̄ etiã dictus eſt ieſus. Unde hũc ſenſum myſticũ ꝓſequũtur ſermo oĩes gloſe ⁊ poſtilatoꝛes: ſicut ptz in glo. oꝛd. et interl̄. Itē hũc ſenſum ꝓſeqtur Dñs Card. Iſte igitur Joſue fuit figura xp̄i. Nam ſicut Joſue introduxit ppl̄z in terrã ꝓmiſſionis Amalech pꝛius debellatoꝛ: et poſtea diuiſit terrã in funiculo diſtributiõis. Sic et xp̄s diabolũ ĩ cruce ďbellauit et ppl̄z xp̄ianũ quotidie p baptiſmũ ĩtroducit ĩ terrã ꝓmiſſiõis. i. intra eccl̄am ⁊ fidē catholicã in pꝛeſenti: et tandē introducet in terrã ꝓmiſſionis gl̄ie celeſtis ſeu eccl̄ie triũphãtis. Dñs ergo locut⁹ eſt ad Joſue. i. pr̄ ad filiũ. Moyſes ſeruus me⁹ moꝛtu⁹ eſt. i. euacuate ſunt cerimonie legis antiq̄. Surge ergo. i. de ſinu patris mundo per carnez appare ad expugnandum demones: et tranſi Joꝛdanem iſtum. id eſt bibe ⁊ guſta de toꝛrēte paſſio-

nis tu ⁊ omnis populus tecū Nō eñ eſt maior ſeruus dño ſuo: et ideo qua via ꝑceſſit caput neceſſe eſt vt mēbra ſequā-tur. Et hoc eſt qđ dicebat noſter Joſue .i. xp̄s diſcipulis ſuis Joh. xv. Si me pſecuti ſunt et vos pſequentur: et vade in terrā quā ⁊c. Hec terra eſt terra viuentiū vt dicit interl'. de qua Mat. v. Beati mites qm̄ ipſi poſſi. ter. Ad hanc autem terraꝫ ꝓmiſſionis nos ꝑceſſit xp̄s in ſua glo͂ioſa aſcenſiōe: et illuc nos ꝑuenire faciet ī hora mortis ſi boni emulatores ſue legis fuerimus. Latitudo auteꝫ et ſpacioſitas terre que ibi deſcribitur ſignificat immenſitatē glorie celeſtis quaꝫ daturus eſt dñs ſeruis ſuis.
Ad hāc aūt terrā cū ꝑuenerit nullus eis nocere poterit: qꝛ ibi inſidie demonū ꝓcul: nullus ibi paupertatis metus: nō egritudinis imbecillitas. Nemo ibi leditur: nemo iraſcik: nemo inuidet: cupiditas nulla exardeſcit: nullū cibi deſideriuꝫ: nulla honoris pulſat aut poteſtatis ambitio: null⁹ ibi diaboli metus: terror gehenne procul: mors neqꝫ corporis neqꝫ anime: ſed immortalitatis munere vita iocūda Nulla erit tūc vſqꝫ diſcordia: ſed cūcta cōſona. Hec Alcim⁹ in ſermone de omnibus ſanctis Et ſicut dñs pater fuit cū Moyſe ita fuit cū chriſto imo ſpecialiori mō et altiori fuit cuꝫ eo ꝙ cum Moyſe. Et ideo ly ſicut in propoſito nō ſignificat omnimodā equalitatem ſed quandam ſimilitudinē: ſic ergo fuit pater cum chriſto ꝙ ipm̄ nunꝙ deſeruit nec in vita nec in morte nec poſt mortem. Et hoc eſt qđ ipſe xp̄s dicebat iudeis Jo. viii. Qui miſit me mecū eſt et nō reliquit me ſolum: qꝛ que placita ſunt ei f.ſ. Iſte aūt Joſue vt allegatuꝫ eſt ex libro Eccli̊. fuit fortis ī bello: qꝛ xp̄s habuit grāde bellū contra demones: nihilominus vicit eos ſm̄ illđ Jo. xii. Nunc princeps mūdi huius eiſcietur foras. De Joſue eñ legitur eiuſdē. xii. c. ꝙ occidit. xxxi. reges paganos ſed chriſtus extirpauit de mūdo omnem maliciam et exercitū demonū. Nam eiſciendo principē mundi eiecit ſil'r oēs milites ſuos. Ecce ꝙtū nobis profuit filij dei incarnatio et natiuitas.
¶ Moraliter deus ꝑcipit cuilibet penitenti dicēs. Surge ſupple a pctō: et tranſi iordanem iſtum .i. tranſi per aquas lachrymarū ad gaudia celoꝝ et ad terrā illam promiſſiōis quā optabat qui dicebat. Credo videre bona domini ī terra viuentiū. Noli ergo eſſe puſillanimis et remiſſus in profectu virtutis: ſed confortare propter premiū: quod tibi vi

uiriliter agenti paratum eſt in celis ſi ſtrennue certaueris et in bono perſeueraueris. Eſto ergo robuſtus. Audi quid tibi dicat Pſal. Viriliter inquit age et confortetur cor tuum et ſuſtine dominũ.i.pacienter ab eo expecta regnum celorũ quātũcunq; videatur illud differre tibi dare.

¶ Secundo infra hunc librũ inuenimus vnā prophetiā de hac iocunda incarnatione: de qua Eſ.xxxiii. Domin⁹ iudex noſter: dñs legifer noſter: dominus rex noſter ipſe veniet et ſaluabit nos. Hanc autē prophetiam dñs Hugo Cardinalis exponit tripliciter. Primo ſic. Dñs iudex noſter prefiguratus p illos iudices de quibus in libro iudicum. Dominus legifer noſter pfiguratus per pentateuchũ.i.per hiſtorias in.v.libris moyſi contentas. Dominus rex noſter: prefiguratus per ordinē regũ Ipſe veniet: ſcʒ in vtero virginis per incarnationē et ſaluabit nos de diaboli ſeruitute. Secũdo ſic. Dominus iudex noſter: quia iuſtus ꝛ rectus in datione legis moſayce. Dñs legifer noſter. dans legē amoris in euangelij ſupadditione Dominus rex noſter quando ſpinis coronatus eſt pro nobis in paſſione: ipſe veniet ſupple ad iudiciũ et ſaluabit nos ſed quos nos: certe nos innocentes: nos perfectionē vite tenentes: nos pfecte penitentes: nos religioſos ītegre obedientes: nos eccl'iaſticos caſte viuētes et in dei ſeruitio feruētes: nos mercatores veraces et fideles: nos diuites miſeri cordes: nos paupes paciētes: nos charitate feruētes ꝛ hmōi Tertio ſic. Domin⁹ iudex noſter qui cauſam noſtraʒ nobis contra diabolum adiudicat. Dominus legifer noſter: qui chyrographũ decreti qd' contra nos ſcriptũ erat: vt habet Colo.ij. De manibus diaboli rapiens nobis reportat. Dñs rex noſter: q̄ nobis tanq̄ coheredibus ſuis regnũ celeſte pptuo tribuet et condiuidet. Ipſe veniet ſcʒ ī corde noſtro per gratie infuſionē et peccatorum remiſſionē: et ſaluabit nos a vetuſtate culpe.

L ¶ Vel dic q̄ xp̄us dicitur legifer noſter: rex noſter et iudex noſter ſcd'm tria tempora Nā in primo ſuo aduētu fuit legifer noſter: tunc em̄ nobis attulit legem mitem et benignam: de qua Math.xi. Iugū meum ſuaue eſt et onus meū leue. Item attulit legem pfectam: lex em̄ vetus imperfecta erat: quia cohibebat manum tantum et non animum. Iſta aũt vtrunq;. Et hoc eſt qd' ait ſaluator Mathei.v. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Nō occides: ego autē dico vobis

q2 oīs q̄ iraſcit̄ fra.ſ.re⁹ ē ig. Itē ibidē. Audiſtis q2 dictū eſt antiq̄s. Non mechaberis. Ego aūt dico vobis q2 q̄ viderit mulierē ad cōcup.eā iā.m. ē in.c.ſuo. Itē attulit legē clarā et intellectu facilē. Lex em̄ vetus erat multū obſcura ꝛ indigebat multa expōne: nec iniuria q2 erat ſola vmbra et figura. In cui⁹ ſignū qn̄ eā dedit dn̄s moyſi tunc apparuit in nube loquēs ei Exod.xxxiiij. Sz iſta lex gratie eſt totaliter clara et tanq̄ granū abſq3 palea vtpote ore dn̄ico dictata ꝛ pnūciata. Math.v. Apiēs os ſuū ſupple xp̄us docebat eos: vn̄ ꝛ dixerūt ei diſcipli ſui. Io. xvi. Ecce palā loqueris ꝛ puerbiū nullū dicis. Bene ergo dicit̄ dn̄s legifer noſter: ſcz q̄tū ad p̄teritū. Scdo dicitur rex noſter q̄tum ad preſens: quia nunc data eſt ſibi ptās in celo et in terra. Mat.xxviij. Quia ipſe regnat ī btīs p glorīā et in iuſtis viatoribus q̄ adhuc ſunt in terra p gratiā. Et ſic hodie interpretatur illa pmiſſio gabrielis ad virginē Mariā. Luce.j. Dabit ei dn̄s ſedē patris eius.i.in eo implebitur ſpiritualiter quod in David preceſſit figuraliter: q2 ſeſſio David in ſede tpali et regia figura erat ſeſſionis xp̄i in ecctia. Sequitur, et regnabit in d.i. ineternū: et regni eius nō erit finis: q2 q̄diu mūdus iſte durabit ſemp erūt aliqui boni et iuſti: qui erunt de regno xp̄i. Unde de iſto rege ꝛ regno ſuo ſcribitur Dan.vij. Poteſtas eius poteſtas eterna: que non auferetur et regnū eius quod non corrūpetur. Tertio dicit̄ iudex noſter q̄tū ad ſcdm ei⁹ aduentū: qd̄ futurū eſt. Io.v. Dedit ei ſupple pater filio poteſtatē iudiciū facere: q2 filius hoīs eſt.i. q2 iudicaturus eſt mundū in forma hūana. Et in eodē c.paulo añ. Pater nō iudicat q.ſ oē.i.d.f. Itez Actuū x. dixit Petrus de xp̄o.q̄ cōſtitutus eſt a deo patre iudex viuorū.i.iuſtorū: vel qui viui inuenictur in aduentu chriſti et mortuorū.i.pctōrū: vel qui ante mortui dormierunt. Ita em̄ exponit glo.interl. Patet ergo quō xp̄us dicitur legifer noſter: rex noſter: et iudex noſter: referendo iſta ad diuerſa tempora.

¶ Secundo iſte liber ſcript⁹ eſt foris q̄tum ad nouum teſtamētum. In quo inuenim⁹ ſcriptum Act.ix. q̄ Paulus q̄primū fuit ad fidez conuerſus cōtinuo ingreſſus in ſynagogas iudeorum predicabat illis ieſum eſſe ſupple verum deum ꝛ hominem perfectum. Ideo ſubditur. Quoniaz hic eſt filius dei. Stupebant autē omnes. Interl. Infideles qui ignorabant hoc myſterium: qui audiebant: ſcilicet Pau-

lum predicātem tātam rei nouitatē:et dicebāt. Nōne hic eſt qui expugnabat i hierl'm eos qui inuocabant nomen iſtud: ſcȝ nomen Jeſu qḋ modo predicat. Stupebāt ergo iudei ex tam ſubita mutatione vt dicit de Lyra, per quā attociſſim⁹ fidei catholice pſecutor factus fuerat cōſtātiſſimus ei⁹ predicator. Unde ⁊ dicebāt. Et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad pricipes ſacerdotū Sed ipe Saulus in nullo immutatus ex eoꝝ ṽbis magis cōualeſcebat ⁊ confundebat iudeos qui erant Damaſci affirmans qm̄ hic eſt xp̄s .i. verus deus et homo pfectus in lege et pphetis pmiſſus. Et hoc declarabat per ſcripturas veteris teſtamēti: quas primo didicerat a Gamaliele: et poſtea multo perfectius deo inſpirante qñ raptus eſt vſqȝ ad tertium celū et vidit archana dei Nam i hoc facto fuit ſilis Dauid qui Goliath pprio mucrone interfecit. i. Regū. xvij. Jta et Paulus confundebat Judeos per ſcripturas ⁊ prophetas ſuas. ¶ Moraliter Paulus prius impugnans nomen xp̄i: nūc aūt cōſtāter ip̄m cōfitens, ſignat ꝙ vbi quis tenuit aliquā opinionem ſeu tuitus eſt vnā partem poſtea veritate agnita non debet erubeſcere ſeip̄m reuocare ⁊ ſentētiam mutare in melius: qꝛ hec mutatio eſt mutatio dextere excelſi. Huius aūt cōtrarium faciūt heretici cauſidici et aduocati: et oēs ptinaces in ſuo ſenſu: ppter quod plerūqꝫ cadūt in grauia ⁊ maxima inconueniētia a quib⁹ non reſiliūt qñ volūt. Nam ſm phm̄ puus error i pricipio magn⁹ eſt i fine.

M ¶ Modus autē quo hec incarnatio facta eſt patere poteſt in reb⁹ naturalibus: et precipue in quadam aue que dicitur auis paradiſi: de qua legitur in libro de naturis rerū ꝙ ppter inſignem ei⁹ pulchritudinem ita vocat. Habet eñ hec auis multas proprietates ppter quas merito ſignat xp̄ȝ Jn primis ei eſt adeo pulchra et mirabilis ꝙ null⁹ color ei deeſſe credat. Scḋo hȝ vocem ⁊ cātū adeo dulcē ⁊ piū ꝙ pōt gaudiū et deuotionem i hoīe excitare. Tertio poſtꝙ capta eſt irremediabiliter plāgit et gemit: nec vnꝙ gemere deſiſt donec reddita fuerit ſue priſtine libertati. ¶ Ad ppoſitum iſta tria quodāmodo ꝯueniūt xp̄o ꝗ in primis merito pōt vocari auis paradiſi: qꝛ deſcēdit de celo i vterū virginis. Jtem qꝛ in terris inter homines degēs ſimul erat in celis ſanctos angelos ſua diuinitate letificans: quia ſic venit ad terras vt non relinqueret celū. Huic igitur aui paradiſi ſecundum humanitatem: nullus color

ſeu nulla perfectio aut virtus
que imꝑfectionem non habet
annexã aut precedẽtem defuit
qꝛ vt habet Joh.i. Vidim⁹ eũ
plenũ grẽ ⁊ ṽitatis. ❡ Scḋo
iſta auis paradiſi celeſtis ha-
buit vocẽ et cãtũ valde dulcẽ
ita ꝙ interdũ excitabat deuo
tionẽ i animis auditoꝝ: ſicut
cuꝫ canebat di. Pñiam agite
appropiquabit r.c. Mat.iiij.
Item cũ canebat Lu.xv. dicẽs
Gaudiũ eſt angelis dei ſuper
vno p.p.agente. Item habuit
cãtũ piũ qñ i cruce canebat ad
patrem di. Pater ignoſce eis
qꝛ.ꝛc. Lu.xxiij. Item cũ cane
bat ad aures mr̃is di. Mulier
ecce fili⁹ tu⁹. Item qñ canebat
in auribus iudeoꝝ di. Sitio.
Siłr iſta auis paradiſi ſuo cã
tu excitabat ꝙ̄tũ i ſe erat gau
diũ in aurib⁹ iudeoꝝ qñ cãta-
bat dicẽs illḋ Mat.xi. Venite
ad me oẽs q̇ laboratis ⁊ o.e.et
ego re.vos. Item qñ cãtabat
in aurib⁹ latronis i cruce pen
dẽtis di. Hodie mecũ eris in
pa. Luce.xxiij. Et ideo de voce
hui⁹ auis dicere poſſum⁹ illḋ
Cãtic.ij. Vox tua vox dulcis.
Et de hoc i ps̄o. Dabit voci ſue
vocẽ virtutis. ❡ Tertio hec
auis poſtꝙ̄ fuit capta cum re
the ꝓditoris iude ⁊ cruci alli
gata pie plãgebat ⁊ lamẽtaba
tur dicẽs ad patrẽ Deus me⁹
deus me⁹ vt qd me dereliquiſti
Item qñ dixit in horto. Tri-
ſtis eſt aia mea vſq ad mortẽ.

Et breuiter hec auis nunq̄ ceſ
ſit lamẽtari donec fuit reddi
ta p̄ſtine libertati. Et hoc per
maxime fuit impletũ in ei⁹ re
ſurrectione ⁊ aſcẽſione. Et ſic
patet de ſecundo libro.

Tertius liber dꝛ ſanctifi-
cationis ſacramentalis
de quo dicit theuma ꝙ ſigna
tus eſt ſigillis ſeptem. Unde
ſextũ ſigillũ ꝓſequẽtes ſub eo
inuenimus vnum magnum ſe
cretum quod eſt tale.

M ❡ Sacramẽtum cõfirma
tionis debet eps̄ dare indeter
minata corporis parte: vcꝫ in
fronte. Iſtud ſecretum ponit
doc.ſan.iij.pte.q.lxxij.art.ix.
Quod quidem ſecretum ape
ritur duplici claue.

❡ Prio igitur aperit claue
figuratiue declaratiõis. Scri
bitur eñ Eze.ix. ꝙ ipe Ezechiel
vidit ſemel quẽdã virũ indutũ
lineis cui dixit dñs Trãſi per
mediã ciuitatẽ hierl'm: et ſigna
thau ſup frõtes viroꝝ dolẽtiũ
et gemẽtiũ ſup cũctis abhoia
tionib⁹ que fiũt i medio eius.
❡ Ad ꝓpoſitũ per virũ indu
tum lineis ſignatur eps̄ q̇ vti-
tur roqueto lineo qñ confert
hoc ſacrm̃. Precipit autẽ ei
dñs vt trãſeat per mediã ciui-
tatẽ: ſcꝫ ſuã dioceſim viſitãdo
Ipe eñ poſt papã eſt pꝛincipa
lis paſtor ⁊ curat⁹ oim̃ habi-
tantiũ i ſua dioceſi: apud quẽ
tota dioceſis reputatur quaſi
vna ciuitas ſeu ꝓchia. In ta

li aũt viſitatione debet pone-re ſignũ thau ſup frõtes viro-rum gemẽtiũ. Thau enim inter pretaẽ cõſũmatio: ꝛ ideo recte ſignificat ſacr̃m cõfirmatiõis qḋ eſt quaſi quedã ſupaddita pfectio ꝛ cõpleta conſũmatio ſacramẽti baptiſmi. Plures enim defect⁹ pñt cõtigere circa ſacramentũ baptiſmi: tam ex parte miniſtri q̃ ex parte ſu-ſcipientis: preſertim ſi fuerit adultus. Et ideo ad illos de-fectus ſupplẽdos ſaltim par-tialiter datur hoc ſacramẽtuꝫ dũmodo illi defect⁹ non ſint adeo graues ꝙ impediãt pri-martũ effectũ ipſi⁹ baptiſmi. Hoc autem ſignũ thau ponit ep̃s in frõte quãdo cõfirmãdo aliquem ſiue virũ ſiue mulie-rem inungit frõtem ipſius ſa cro criſmate cuꝫ ſigno crucis et ꝓlatione forme hui⁹ ſacra-menti. Q⁹ aũt ſignũ thau po nebatur ſup frõtes gemẽtium et dolẽtiũ ſignãt ꝙ quilꝫ acce dens ad hoc ſacramẽtũ debet eſſe plene cõfeſſus ꝛ contritus de ſuis pctis/non minus q̃ ſi illa die mori dƀet. Nam apḋ omnes theologos iſta eſt vna maxia ꝙ ſecluſo baptiſmo qui libet conſcius culpe mortalis volẽs ſuſcipere aliquod ſacra mentum debet prius cõfiteri: alias indigne accederet/et ſic nouum reatum incurreret. Propterea ſcribitur de cõſe. di.v. Jeiuni. ꝙ illi qui volũt confirmari debẽt eſſe perfecte etatis: et ꝙ monẽdi ſunt pri⁹ confeſſionem facere vt mundi donum ſpũſſancti valeãt acci-pere. Unde gloſa ſup illo vbo perfecte etatis: dicit ꝙ perfe-cta etas ad ſuſcipiendũ hoc ſa cramẽtum eſt.xij.annorum.

¶ Scḋo iſtud ſecretum aperi tur claue auctoritatiue proba tionis Scribitur enim extra de ſacra vnctione.ca. Unico. ꝙ cõ firmatio debet dari per fron-tis criſmationem: q͛ per eam daẽ ſpũſſctũs ad robur ꝛ aug mentum. Hoc aũt fit rõnabili ter: q͛ enim hoc ſacramẽtum cõ fertur alicui vt audatius ꝛ ſi-ne rubore xp̃m ꝯfiteatur: ideo illud ſignũ ſenſibile debet ma gis applicari in frõte vbi ma-gis apparent hmõi paſſiones ſ. ruboris ꝛ verecũdie ac tioris

O ¶ Forma aũt ſub qua cõ ferri debet talis eſt. Cõſigno te ſigno crucis: cõfirmo te criſ mate ſalutis In noĩe p̃ris ꝛ fi lij ꝛ ſpũſſancti Amen. Sed ad maiorem euidẽtiam hoꝶ hic inſerẽde ſunt tres veritates.

P ¶ Prima igitur vitas. Quãuis in collatione oĩm ſa cramẽtoꝶ fiat ſignum crucis vt habetur de cõſe. di.v. Nũqd Nichilomin⁹ adhuc ſpeciali⁹ in hoc ſacramẽto. ptꝫ ſic: quia in forma hui⁹ ſacramẽti fit ex preſſa mẽtio de cruce cũ dr̃ Cõ ſigno te ſigno crucis. In alijs aũt ſacramẽtis non ſic fit tam

expſſa mētio de cruce. Et ideo q̄tum ad hoc iſtud ſacramentum eſt excellentius alijs.
C ¶ Scđa vitas. Quicūq̄ ſuſcipit deuote ⁊ reuerēter ſacramētū cōfirmationis aſcribitur militie Jeſu xp̄i. Probatur ſic: q͞z ad hoc datur hoc ſacramētū vt q̄s audati⁹ reſiſtere valeat inimicis crucis xp̄i vt dictū eſt. Propterea de quolibet cōfirmato poteſt dicere dn̄s noſter Jeſus xp̄s illđ qđ dixit de ap̄lo Paulo Act. ix. Elegi eū vt portet nomē meū coram gentibus ⁊ regibus ⁊ filijs iſrael.
B ¶ Tertia vitas. Sicut cōfirmati ī altiori dignitate nō cōfirmatis cōſtituūtur ī eccl̄ia militāte: ita ⁊ ad maius premiū eleuātur ī eccl̄ia triūphāte. Prīa pars ſatis pꝫ: q͞z tales ſunt ſpāles dei milites vt dictū eſt. Silr̄ ſcđa pars ſatis nota eſt: q͞z maius meritū arguit maius premiū. Propterea in figura hui⁹ legit̄ Apoc. vij. q̄ btūs Johānes poſtq̄ deſcripſit nūer̄ ſignatoꝝ ī celo: videlicet cētū quadragita quattuor milia per quos merito pn̄t deſignari illi q̄ ſuſceperūt venerabile ſacramētū cōfirmationis cōſequēter ſubdit. Poſt hec vidi turbam magnā quam. ⁊c. Ubi aduerte q̄ premittit in celo ſignatos non ſignatis q̄ ſignificātur p turbā magnā quā dinūerare nēo poterat. Et reuera bene dicit Turbā magnā q͞z nūerus non ſuſcipiētiū hoc ſacramētū excedit multo nūerum ſignatoꝝ in frontib⁹ ſuis id eſt cōfirmatoꝝ. Et ī hoc apparet irreuerētia ⁊ indeuotio populi xp̄iani. Studeat ergo quiſq̄ habere ſignū thau ī frōte ſuo ne pereat ab angelo exterminatore: ſed valeat ad gremiū ſignatoꝝ in celo puenire Ad qđ gremiū nos pducat ⁊c.

¶ Sermo. xxxiij.

Vidi librum ſcriptū intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptē Apocal. v. Notādū q̄ beatus Johannes vidit triplicem librum: videlicet.
Generationis humanalis.
Incarnationis diuinalis.
Sāctificatiōis ſacramētalis.
A ¶ De p̄io lib. ſcribit̄ Mathei. i. Liber generatiōis. ⁊c. In cui⁹ libri ca. xxxiij. legitur q̄ Abiud genuit Eliachim qui interpretatur dn̄s reſuſcitās. Hec aūt interpretatio conuenit tribus gn̄ibus pſonarum. videlicet Jeſu chriſto. Uiro iuſto. Uirgini marie.
B ¶ Primo igitur xp̄s pōt dici eliachim. i. dn̄s reſuſcitās Et hoc tripliciter ſm̄ q̄ eſt triplex reſurrectio. Eſt eī dn̄s reſuſcitās ſeip̄m potentialiter: pctōres penitentes ſpūaliter: cūctos hoīes generaliter.

E ¶ Primo igit xp̄s eſt dn̄s reſuſcitās ſeipm̄ potētialiter ſeu virtualiter: qꝛ ꝓpꝛia potētia ꝛ virtute ſeipꝫ reſuſcitauit poſt triduuꝫ a moꝛtuis ſm̄ ꝙ ꝓmiſerat Mat.xx. dicēs ſuis aplis. Ecce aſcēdim⁹ hieroſolymam ꝛ fili⁹ hoīs tradet̄.ꝛc. deinde ſeq̄tur. Et tertia die reſurget. Et talib⁹ v̄bis frequēter vſus eſt ad apoſtolos ſuos Et hāc ptātem ſeipm̄ reſurgēdi manifeſtauit diſcipl'is ſuis ſe habere cū dixit eis Johā.x. Poteſtatem habeo ponendi aīam meā: et iterū ſumēdi eā. Unde cū deus pater clamaſſet ad eū quieſcētem in ſepulchꝛo dicēs illud p̄s. Exurge gloꝛia mea: exurge pſalteriū ꝛ cythara. Cōtinuo reſpōdit. Exurgā diluculo.i.in auroꝛa. Et nota ꝙ dixit exurgā et nō exurgar propter cauſam predictā. vbi nota ꝙ de⁹ pater vocat filium ſuū tripl'r. Primo dicit Exurge gl'ia mea .i. exurge fili mi per quē gloꝛificat⁹ ſum in mūdo. Scd̄o dicit Exurge pſalteriū .i.exurge fili mi qui fuiſti pſalteriū in cruce. Pſalteriū ei d̄r a pſallēdo. Xp̄s aūt valde dulciter ꝛ pie pſallebat in cruce. Utpote dicēdo ad patrē. De⁹ deus me⁹ reſpice in me quare me dereliquiſti.ꝛ hmōi. Unde ſm̄ quoſdā doctoꝛes pſalliſt ab illo pſalmo De⁹ deus me⁹ reſpice. vſq₃ ad pſalmum octauum ſequētem qui incipit In te dn̄e ſperaui, etiā inclusiue vſq₃ ad illum v̄ſum In man⁹ tuas dn̄e.ꝛc. Et ideo illi octo pſalmi ſunt a deuotis frequēter decantandi. Tertio dicit Exurge cythara. Xp̄s eīn fuit quaſi cythara cum eſſet in cruce extenſus. In cythara enim ſunt alique choꝛde ſicce ꝛ extēſe: ita ꝛ xp̄i humanitas fuit in cruce deſiccata per ſanguinis euacuationem ſil'r et extenſa.

D ¶ Secundo dico ꝙ chriſtus dicitur dominus reſuſcitans peccatoꝛes penitētes ſpiritualiter: vcꝫ per gratiam. Nam eius reſurrectio coꝛpoꝛalis eſt cauſa noſtre reſurrectiōis ſpūalis ſm̄ illō Ro.iiij. Traditus eſt pꝛopter delicta noſtra: et ſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtrā. Noli tn̄ intelligere ꝙ xp̄i reſurrectio ſit cauſa effectiua aut meritoꝛia nr̄e reſurrectiōis ſpūalis: qꝛ poſt ꝙ̄ moꝛtuus fuit deinceps non meruit eo ꝙ amplius viatoꝛ non erat. Fuit ergo ſm̄ ꝙ dicit dn̄s Hugo cardinalis eius reſurrectio cauſa motiua noſtre reſurrectiōis ſpiritualis. Nam per hoc ꝙ credim⁹ et fide tenemus xp̄m veraciter reſurrexiſſe ſperamus nos tādē gloꝛioſe reſurrecturos: ſed qꝛ ad gloꝛioſam reſurrectionem coꝛpoꝝ peruenire non poſſumus niſi pꝛimū per gratiā in preſēti iuſtificemur et ſic ſpūaliter reſuſcitemur. Hinc eſt ꝙ

Apo. dicit xp̄m reſurrexiſſe ꝓpter iuſtificationē nr̄am: ſcʒ ꝑ modū cauſe motiue.

E ❡ Tertio dico ꝙ xp̄s dicitur dn̄s reſuſcitās cūctos homines generaliter. vt enim dicitur .j. Corin .xv. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur: q2 ſoli electi immutabuntur. Scd̄m eni̅ philoſophū .ix Metaphiſices Primū in vno quoqꝫ genere eſt cauſa alioꝝ ū que ſunt poſt ſed ſic eſt ꝙ xp̄s eſt primogenit⁹ mortuoꝝ ū vt habet̃ Apo. primo. Et ſimilit̃ Apo. j. Corin. xv. Dicit ꝙ xp̄s reſurrexit a mortuis primitie dormientium: igitur eius reſurrectio eſt cauſa reſurrectionis omnium vl'r. Propterea idē Apo. vbi ſupra dꝫ ſic. Si xp̄s reſurrexit a mortuis quō quidam dicūt in vobis qm̄ reſurrectio mortuoꝝ ū nō eſt hec autē cōſequētia non valeret: xp̄s reſurrexit ergo reſurgem⁹: niſi xp̄i reſurrectio eſſet aliquomō cauſa noſtre future reſurrectionis: ⁊ tn̄ eā facit ibi apoſtolus q̄ fuit optim⁹ logicus igitur ⁊c. Et hoc eſt ꝙ ip̄e xp̄s dixit Marthe flēti mortē fratris ſui lazari Jo. xj. Ego inqt ſū reſurrectio ⁊ vita: ⁊ eſt ibi p̄dicatio cauſalis vt dicūt doctores .i. ego ſum cauſa reſurrectionis ⁊ vite.

F ❡ Secūdo dicta interp̄tatio cōuenit viro iuſto q̄ merito p̄t dici eliachim .i. dn̄s reſuſcitās ſiue dn̄s reſurrectionis. ⁊ hoc tripliciter. ❡ Primo quidē iuſtus dꝛ quodāmodo dn̄s reſuſcitās ſeip̄m a culpa veniali. Nā ex quo habet grām ſi peccet venialit̃ cū illa grā ⁊ dei adiutorio poterit reſurgere ab illa etiam faciliter ita vt videat̃ quodāmodo habere dn̄ium ſup illā culpā. Et de hac reſurrectiōe ſcribitur Prouer. xxiiij. Septies ī die cadet iuſt⁹ ⁊ reſurget. Impii aūt corruēt in malū ſcʒ culpe ⁊ tandē in malū pene eterne: ⁊ hoc eſt qđ dicit Pſalmi. Nō reſurgūt impii in iudicio nō eni̅ reſurgēt a malo culpe neqꝫ pene: immo tūc corruēt ī illō malū pene. glo. aūt ord. exponēs illud Septies in die ⁊c. dicit. ꝙ intelligit̃ de pctō veniali. in quo ſepties .i. ſepe cadit iuſt⁹. Nā ꝑ ignorantiā vel obliuionē vel ſurreptionē vel hūanā fragilitatē vel inuiti vl' volētes peccam⁹ ſingulis diebus. Nemo eni̅ mūd⁹ ab ſordibus nec etiā infās cui⁹ vnius diei eſt vita ſup terrā ⁊ p̄ſerti̅ añq̄ baptizetur. Añ. j. Johā. j. Si dixerim⁹ qm̄ pctm̄ nō habem⁹ ipſi nos ſeducim⁹ ⁊ v. in .n. nō eſt. Propterea dꝛ Eccleſiaſtes. vij. Non eſt iuſt⁹ in terra qui faciat bonū ⁊ nō peccet. Patʒ ergo ꝙ dicta auctoritas ītelligit̃ de leuib⁹ pctis ſine quib⁹ vita p̄ſens nō agit̃.

Michilominꝰ ab iſto caſu reſurgit iuſtꝰ facilit̃ ꝛ ꝑ leuē diſplicentiam.

S ¶ Scđo iuſtꝰ dr̃ dñs reſuſcitās: vcꝫ ꝓximū tēporalit̃ ꝛ hoc fit qñ ſubuenit pauperi neceſſitatē pacienti. Nā in illo caſu ſi iuſtus habeat vñ tali ſubueniat: ꝛ in effectu illi ſuccurrat merito dr̃ dñs reſuſcitās: ꝛ de hoc ſcribit̃ Eccle. xvij. Elemoſyna viri quaſi ſacculꝰ cū ipſo: ꝛ poſtea reſurget: vcꝫ ille cui dat̃ elemoſyna: vel etiam reſurget a culpa ille qui facit elemoſynā ſi in culpa fuerit.

M ¶ Tertio iuſtꝰ dr̃ dñs reſuſcitās vcꝫ ꝓximū ſpūaliter Ut em̄ dr̃ Eccle. xvij. Unicuiqꝫ mādauit deꝰ de ꝓximo ſuo: ſcꝫ corrigendo ꝛ ad vitā gr̃e reducēdo. Pctm̄ em̄ eſt quedā mors ſpūalis: vt habe. Ezechielis. xviij. Cū ğ iuſtus ſuis deuotis orōnibꝰ: gratioſis monitionibus: ſeueris correctionibus preſertim quo ad ſubditū, eſt cauſa ꝙ aliqs exiſtēs in mortali: reſurgat ad gratiā: tunc merito reſpectu illiꝰ ipe iuſtꝰ meret̃ dici eliachim: id ē dñs reſuſcitās ꝛ multū apud deū meretur. Añ Apo. xx. hec eſt reſurrectio prima Seqtur Et btūs ꝗ habꝫ ptē in reſurrectione pma. Talis ergo iuſtꝰ ſic ꝓximū reſuſcitans ſpūalit̃ habꝫ ptē. i. meritū in eiꝰ reſurrectiōe. ꝗ pma dr̃ reſpectu reſurrectiōis corpis ꝗ erit ſcđa Itē de hoc genere reſuſcitādi aliquē ſcribit̃ Iaco. v. Si qs ex vobis errauerit a veritate ꝛ cōuerterit qs eū ſcire debet qm̄ ꝗ cōuerti fecerit pctōrē ab errore vie ſue ſaluabit aiam eiꝰ a morte. i. faciet illū ſpūaliter reſurgere: huiuſmōi ſunt boni plati ꝛ pdicatores.

I ¶ Tertio dicta interptatio cōpetit vgini marie ꝗ iuſte pt dici eliachim. i. dña reſuſcitās. Nā ſuis deuotis ꝛ aſſiduis precibꝰ eſt cauſa ꝛ occaſio ꝙ multi reſuſcitant̃ a morte culpe ad vitam gratie ꝛ a ſtatu mortalitatis ad ſtatum immortalitatis ꝛ glie. Ipſa em̄ figurata ē p marthā ꝗ ſuis fletibꝰ ꝓuocauit xp̄m ad reſuſcitādū lazarū fratrē ſuū in tātū vt dixerit ei xp̄s. Martha reſurget frat̃ tuꝰ Io. xi. Martha igit̃ ꝗ ꝓuocās interpretat̃ mariā ſignificat ꝗ ꝓuocat dei mīam ꝛ pietatē erga pctōres inceſſant̃ orās ꝓ eis. quorū quelibꝫ quaſi fraterno ꝓſequit̃ amore. Propt̃ qđ ad eiꝰ pces reſpōdet xp̄s filiꝰ eiꝰ dicēs. O maria mi mat̃. Reſurget frater tuꝰ. i. ineuitabiliter ſaluabit̃ om̄is pctōr ꝓ quo efficaciter ꝛ fraterno amore rogaueris qꝛ nō decet a me aliquid tibi denegari etiā ſi dimidiam partē regni mei petieris. Ut igitur ſuis precibꝰ ꝛ rogamībꝰ reſuſcitari ꝑ grāꝫ mereamur ſalutemus eā ꝛc.

SEcundus liber dr incar=
nationis diuinalis. Hic
aũt liber deſcribit a Johãne
ſcriptus intus ⁊ foris. Intus
igitur q̄tũ ad vet⁹ teſtamẽtũ
inuenim⁹ de hac incarnatio=
ne duo magna teſtimonia.
R ¶ Primo eñi inuenim⁹
vnã figurã q̄ habet Gene. xviij
Ubi legit q̄ cũ abrahã ſemel
ſtaret añ oſtiũ dom⁹ ſue appa
ruerũt ei tres angeli in ſpecie
elegantiſſimorũ iuuenũ: quo=
rũ vnus veniebat ad annũciã
dum cõceptũ ſare vxoris ſue.
Secũd⁹ ad deſtruẽdũ ſodo=
mã ⁊ gomorram. Tertius ad
ſanandũ ipm abrahã q̄ paulo
ante fuerat circũciſus ſcz per
triduum: nec ad huc plene cõ
ualuerat. Ipſe igitur abrahã
vtpote pater ⁊ hoſpes pau=
perum nõ expectauit q̄ ab eo
peterent hoſpitiũ: ſed ꝓpter
deũ eos rogauit vt ad ei⁹ do
mũ declinarẽt ⁊ cibũ in domo
ſua caperẽt q̄bus annuẽtib⁹
parauit eis mẽſã. Cũq; in mẽ
ſa reſiderent vn⁹ eorũ: vcz ille
qui venerat ad annũciãdũ cõ
ceptũ ſare interrogauit eum
dicẽs Abraham vbi eſt ſara
vxor tua quare non apparet.
Et nota ꝓut recitat de lyra q̄
iſti tres angeli ſcõm hebreos
erãt michael: gabriel: ⁊ rapha
el: nihilomin⁹ q2 ſara neſcie
bat eos eſſe angelos ſed crede
bat puros hoĩes: nec tũc tem
poris erat cõſuetudo ſicut mõ
eſt mulieres familiariter cõ=
uerſari ⁊ confabulari cũ ſuis
hoſpitib⁹ ideo ipſa noluit pri
ma frõte corã eis apparere.
Rñdit abrahã dicẽs. Certe ip
ſa ſtat in camera clauſa nec au
det vobis preſentib⁹ huc com
parere. Ad quẽ angel⁹. Ego
reuertar infra annũ ⁊ tũc ſara
vxor tua pariet tibi filiũ. Sa=
ra aũt nõ lõge ſtans hoc au=
diẽs riſit reputans hoc tanq̄
impoſſibile eo q̄ iã eſſet ſenio
cõfecta ⁊ ſterilis. Nihilomi=
nus ſicut angel⁹ ꝑdixerat ita
factũ eſt. Ad ꝓpoſitũ ſara ſig
nificat btãʒ virginẽ pudicã et
caſtã q̄ ſtabat i domo ſua clau
ſa in cuius ſignũ dr Luce. j. q̄
angelus ingreſſus eſt ad eam
Ex quo patz q̄ nõ inuenit eã
vagantẽ ꝑ vicos ⁊ plateas: q2
vt dicit glo. interli. Nõ eſt ho
neſte mulieris in publicũ pro
dire. angel⁹ aũt miſſ⁹ ad ſarã
ſcat gabrielẽ archãgelũ a deo
patre ad mariã miſſũ ad ãnũ=
ciandũ ei cõceptionẽ filij eius
Et ſicut ſara fuit ĩcredula: ſic
⁊ virgo maria ad primũ an=
geli verbũ viſa ẽ feciſſe aliquã
difficultatem dicens: q̃o fiet
iſtud nõ quidẽ q̄ diffideret de
poſſibilitate myſterij. ſʒ quia
modũ neſciebat quo fieri de=
bebat. Itẽ ſicut ſara cõcepit fi
liũ ſupra naturã q2 iã deſſe=
rãt ei fieri muliebria. ita ⁊ ma
ria oĩno ſupnaturaliter dei
cõcepit ⁊ peperit filiũ: etiã mi

rabilius ꝙ ſara yſaac: quia ſine viro

F ¶ Primo quidem vnā figuram: de qua habet. iiij. Regū. xviij. et. ij. Paralip. xxxij. Item Eſaie. xxxvi. In quibus paſſib⁹ legitur ꝙ Sēnacherib rex Aſſyriorꝝ venit cū maximo exercitu ꝯtra ciuitatē hierl̄m et obſedit eā. Ob hanc igitur cauſam habitatores Hierl̄m erāt i maximis anguſtijs ⁊ doloribus cum ſuo rege Ezechia Uidens igitur ipſe Ezechias humanū auxiliū ſibi deficere ad reſiſtēdum tanto exercitui recurrit ad diuinū. Unde miſit nūcios ad Eſaiam ꝓphetā vt deprecaretur dn̄m pro liberatione populi ſui. Quod cū feciſſet remiſit dictos nūcios ad regē qui conſolarentur eū ſuper futura victoria quā habiturus erat de exercitu Sennacherib: ſicut rei poſtmodū probauit euentus. Deſcendit eī angelus dn̄i nocte qui percuſſit in caſtris aſſyriorꝝ centū octogintaquinq̧ milia virorꝝ

bellatorum. Cumque mane hoc cō ſpexiſſet Sēnacherib cū paucis qui ſupfuerant cōfuſibilit' rediit ad ppria: quē nō multo poſt occiderūt pprii eius filii gladio. Iudei aūt vidētes magnalia dei ſup ſe de hoc egerūt grās oīpotēti deo gaudentes diebus multis. Et acceperūt ſpolia aſſyriorū: ex quibus ditati ſunt plurimum.

¶ Ad ppoſitū p Sennacherib: qui interpretatur tollens deſerta ſignificatur diabolus q ſecū fert in infernū miſeras aīas a dño ppter ſua peccata derelictas. Hic aūt Sēnacherib añ chriſti aduentū captiuū tenebat mundū in tantū q quāprimū videbat aliquē inde p mortem egredientē mox eū captiuū tenebat et in carcerē inferni recludebat. Quod attendentes ſcti patres omni cū inſtātia deprecati ſunt dñm p victoria: et vt eos liberaret de tāto tyrāno. Exaudiuit ergo eos dñs: et miſit angelum ſuū .i. filiū: q eſt magni cōſilii angelus: q eos liberaret. Miſſus eſt aūt a pre in mūdo iſte angelus noctis ſilentio ſm illud Sapientie .xviii. Cū quietū ſilentium continerent omnia: et nox in ſuo curſu mediū iter haberet oīpotēs ſermo tuus dñe exiliens de celo a regalib⁹ ſedibus venit. Deſcendens itaque in hunc mundum hic noſter angelus ſtatim exterminare cepit exercitum: et omnem militiā Sennacherib dicēs illud Io .xii. Nūc princeps mūdi huius eiicietur foras. Ubi p militiam et exercitū Sennacherib vniuerſitas ſignificatur pctōrum: quē quidē exercitū deſtruxit xpūs quando predicauit penitentiā in remiſſionē pctōrū. Ipſum vero Sennacherib .i. diabolū cōfuſibiliter coegit redire ad propriū ſolum: hoc eſt in infernū ibi perpetuo cruciandū. Ecce q potēs fuit iſte angelus chriſtus in ſuo aduētu: et q vtilis fuit mundo hec benedicta incarnatio. Nō ſimus igitur ſimiles regi ezechie: q velut ingratus de tanto beneficio gratias nō reddidit oīpotēti deo ne nos apprehēdat diuina vltio cū ipſo q ob demeritū ſue ingratitudinis ſatis grauiter egrotare cepit: ſicut patz. iiii. Reg. xx. et Eſaie xxxviii.

Aliter iſta poſſumus pro parte exponere de ſcđo dñi aduētu. Per angelum igitur exterminatorem exercitus Sennacherib crudeliſſimi tyranni ſignificatur xp̄s: qui eſt magni conſilii angelus: vt habetur Eſa. ix. qui in hora iudicii: quē ſcđm aliquos fiet hora noctis ſcđm illud Math. xxv. Media nocte clamor factus eſt. Ecce ſponſus venit exite obuiā ei vos ſupple vniuerſe creature. Deſcendet de celo ad iudican

dū et exterminandū miſeros pctōres. T. ſic eñi pcutiet diabolū et oēs malos virga oris ſui: qñ dicet. Ite maledicti in ignē eternū. Math. xxv.

C ¶ Secūdo infra dictū librū inuenimus vnā pphetiam: de qua ſcribitur Hiere. j. Factum eſt verbum dñi ad me dicens. Priuſq̄ te formarē in vtero. ⁊c. Ubi notandū q̄ iſte textus ad literā intelligitur de ipſo Hieremia: qui tante ſanctitatis extitit: vt etiā in vtero matris ſanctificatus fuerit. Quidā vero doctores dicūt hanc pphetiam debere intelligi de btō Joh. Baptiſta: q̄ ab originali fuit in vtero ſanctificat⁹. ſcd̄m illud Luc. i. Replebitur ſpūſancto adhuc ex vtero matris ſue: qui etiā fuit ppheta ſ3 q̄ ibidē legitur. Et tu puer ppheta altiſſimi vocaberis: ⁊ nō ſolū ppheta ſed et pluſq̄ ppheta extitit ſm q̄ dñs de eo ait. Hic eſt ppheta et pluſq̄ propheta. Mat. xj. Myſtice autē exponitur iſte textus de xp̄o. Un̄ Hiero. et recitat̄ i gl. ord. vbi di. ſic. Quidā hūc locū ſup ſaluatorē itelligūt q̄ ꝓprie ppheta gentiū fuit ⁊ per apl̄os oēs natiōes vocauit. Dicit ergo de⁹ pr̄ de eo. Priuſq̄ te formarē: ſm hūanitatē i vtero v̄ginis noui te ſm deitatē: ſm q̄ ſp̄ i me eo: ⁊ añq̄ exires de vulua v̄gis gl'oſe ſanctificaui te: nō q̄d ē ſic q̄ antea pctm̄ habuerit: ſ3 in hoc dicit̄ ſcrificatus q2 caro illa de qua corp⁹ hūanū cōtraxit a b originali pctō mūda fuit. Et ppphetā in gētib⁹ dedi te. Un̄ ab die. i. Legatū miſit dñs ad gētes S3 quō iſtud pōt ſtare maxime cū ip̄e dixerit Math. xv. Nō ſū miſſ⁹ niſi ad oues: q̄ p. do. iſ. Rñſio. Fuit ppheta iudeorū: q̄tū ad doctrine admīniſtrationē: ſed gentiū q̄tū ad cōuerſionē ⁊ vtilitatē. Uel q2 per apl̄os gētes vocauit: ideo d̄r ppheta eorū. Ita expo. D. Hugo Card. Hic ergo tria dicuntur de chriſto.

H ¶ Primū eſt q̄ fuit a deo pr̄e prius not⁹ q̄ in mr̄is vtero natus. Jō dicit. Priuſq̄ te formarē in vtero noui te: ſc3 ꝑ p̄deſtinationē. Sc̄d3 eñi Doc. San. iij. p. q. xxiiij. ar. ij. q̄uis p̄deſtinatio nō cōpetat xp̄o ex pte diuinitatis q̄ ab eterno fuit et ita p̄deſtinatiōis nomē ſibi repugnet: q̄ quādā añceſſionē iportat: nihilomin⁹ ſcd̄m humanitatē v̄aciter d̄r p̄deſtiāt⁹ Un̄ d̄ eo loquēs Apo Ro. j. dicit q̄ p̄deſtiāt⁹ eſt filius dei in v̄tute. Itē Aug. i lib. d̄ p̄deſtinatiōe ſctōrū di. ſic. Ipm dñm glie inq̄ hō factus ē dei filius p̄deſtinatū eē dicimus. Un̄ de hac noticia figuratiue ſcribit̄ Exod. xxxiij. Teipſū noui ex noie. De⁹ etiā pōt de quolibet iuſto dicere qd̄ dicit d̄ xp̄o homine. Priuſq̄ te formarē no

ui te.i.ꝑdeſtinaui te ad gloriā eternā. Vñ Paul. loquens de Jacob et Eſau. Ro.ix. dic. ſic. Cū nōdū nati fuiſſent aut aliqd boni vel mali egiſſent, dictū eſt ſup. Malach.i. Jacob dilexi Eſau aūt odio habui. Sʒ pfecto iſta notitia ꝓ nunc eſt abſcondita ab oculis nr̄is: qꝛ vt habet̃ Eccl̃.ix. Neſcit hō an odio aut amore dign⁹ ſit. ¶ Scđʒ ꝙ đr ō xp̄o i dicta ꝓphetia ē: ꝙ fuit ſctificat⁹ anq̄ nat⁹: quod ſic intelligēdū eſt. Chriſtus hō factus eſt de non ſācto negatiue sctūs affirmatiue. Et nō ita ꝙ de nō ſancto ꝓuatiue ſit factus ſanctus poſitiue. Hoc em̄ ſecundū eſt abſurdū et erroneū: primū autē verū et catholicū: nos aūt ſāctificati ſumus in baptiſmo: ⁊ nō in matrū vteris tanq̄ trāſitū faciētes a priuatiōe gratie ad habitū illius. Nā Pſal̃. in pſona cuiuſlibet noſtrū ait Ecce em̄ in iniq̄tatibus cōceptus ſum. ⁊c. ¶ Tertiū qđ de xp̄o dicitur eſt ꝙ fuit a deo p̄re in hūc mundū miſſus ad oiʒ vtilitatē: qꝛ ſubditur. Et ꝓphetā in gentibus dedi te. Pro quo notandū ꝙ nomen prophetie duo importat.

H ¶ Primū eſt enygmatica et obſcura cognitio. Secūduʒ futurorū certa et determiata cognitio. Quātuʒ ad primuʒ xp̄s nō fuit ꝓpheta: bñ aūt q̄ntū ad ſecūdū. Ip̄e em̄ p̄dixit ciuitatis hierl̃m deſtructioneʒ. Lu.ix. Veniēt dies in te. ⁊c. Itē iudeorū incredulorū dānationē. Joh.vii. In peccatis vr̄is moriemini: totius mūdi exterminiū et cōſūmationem Luc.xxi. Erūt ſigna in ſole et luna et ſtellis. ⁊c. Juſtorū premiationē et malorū punitionē Mat.xxv. Ibunt hi in ſupplicium eternū. Juſti aūt in vitā eternā. Patet ergo q̄ vere xp̄s dicit̃ fuiſſe ꝓpheta a deo patre datus.

¶ Scđo iſte liber ſcript⁹ ē foris q̄ntū ad nouū teſta. i quo īueīm⁹ ſcriptū Ma.xxvij. ꝙ Cēturio vidēs ſigna q̄ fiebāt xp̄o moriēte i cruce ait Vere filius dei erat iſte. Hic igit̃ Cētu. habuit de xp̄o rectā fidē: qꝛ vere cōfeſſus eſt eius diuinitatē: qꝛ filius dei. Silr̃ integrā hūanitatē: qꝛ iſte. Mar. aūt.xv. đr ꝙ Cētu. ait. Vere hic hō fil. đi.e. In quib⁹ v̄bis tria p̄dicta expſſius notāt̃ ⁊ potiſſimuʒ ip̄i⁹ xp̄i v̄a hūaitas: qꝛ hic hō. Nā ex emiſſione valide vocis quā nō pn̄t ꝓferre hoīes ī articulo mortis: et p̄ſerti qñ ī eis cōfracte ſūt hūane vires cuiuſmodi erat de xp̄o: oñdit ip̄e xp̄s ptātē ſue diuītatis. Hoc āt ſignuʒ p̄dixerat ip̄e xp̄s Joh. viii. di. Cū exaltaueritis filium hoīs tūc cognoſcetis quia ego ſum Item tunc impleta eſt ꝓphetia illa Abacuck.iij. Dn̄e audi tū tuū audiui ⁊ timui i medio

duũ animaliũ.i.duorũ latronũ cognoſceris. ¶ Moraliter p hoc ꝙ Centurio viſis tot mirabilib⁹ ſignis xp̄z recognouit datur intelligi ꝙ etſi deũ in pſpitate recognoſcere nõ velimus ſaltẽ in aduerſis euz timeamus vt dicit Gregori⁹ in quadã omelia. Vñ Pſal. Imple facies eorũ ignominia ꝛ q̃rẽt nomẽ tuũ domine.

I ¶ Modus aũt quo hec incarnatio glorioſa facta eſt patere poteſt in rebus naturalibus: et preſertim in cryſolito. Eſt aũt cryſolitus ſcd̄m Iſid. xvi. lib. ethymo. lapis precioſus: q̄ inter ceteros quoſcꝫ lapides vt aurũ relucet: et vt ignis ſcintillat: et ideo ſi iuxta ignẽ apponatur defacili inflãmatur. Itẽ hic lapis in auro recõditus ſi in ſiniſtro latere geſtetur dr̃ demones terrere et effugare. Preterea iuuat cõtra timores nocturnos: quando ſcꝫ hoſtes timentur.

¶ Ad ppoſitũ p hũc lapidẽ precioſũ xp̄s ſignificatur: q̄ inter ceteros iuſtos ꝛ ſanctos p maxie omĩ gñe virtutũ ꝛ gratiarũ relucet. Ad moduꝫ autẽ ignis ſcintillabat nr̄ cryſolit⁹ xp̄s qñ p vniuerſã iudeã ꝛ galileã regnũ celorũ euãgelizabat in tm̃ vt pre nimia admiratione dicerẽt iudei Nũꝙ hõ ſic locut⁹ eſt ſicut iſte loquit̄. Hic etiã cryſolitus igne charitatis inflãmatus eſt qñ ſe obtulit hoſtiã viuaꝫ deo pr̄i ſup lignũ crucis ꝓ nobis miſeris pctõrib⁹. Preterea demones terruit quãdo ſolo verbo eos ab obſeſſis corpibus fugauit. Demum valet cõtra timores nocturnos videlicꝫ mortis et dãnatiõis. Nã morſẽs timẽs demonũ preſentiã et perditionis ſententiã merito põt dicere illud Pſal. Timor ꝛ tremor venerũt ſup me et contexerũt me tenebre. Sed ſi tunc chriſt⁹ deuote inuocetur morientẽ cõtra huiuſmodi timores cõſolabitur. Vñ Ambro. in lib. orõnũ. Cõſolationẽ a te o bone Ieſu iugiter expectamus: qui mala noſtra omnia abbreuias et alleuias in gaudiumcꝫ commutas.

Ertius liber dicitur ſanctificationis ſacramentis. De quo dicitur in themate ꝙ ſignatus eſt ſigillis ſeptẽ Vnde ſeptimũ ſigillũ proſequentes adhuc ſub iſto ſigillo iuenim⁹ aliud ſecretũ qđ ẽ tĩe.

K ¶ Hoc extreme vnctiõis ſacrꝫ duote ac religioſe ſuſceptũ reddit frequẽter ip̄m ſuſcipiẽtẽ in cõſcia pacatũ: faciťcꝫ euꝫ leto atcꝫ cõſtanti aĩo expectare mortis ppinque horã ꝛ terminũ. Iſtud ſecretũ ponit D. S. iiij. ſen. di. xxiij. q. j. ar. iij. q j. vbi expreſſe dic. ꝙ hoc ſacr̃m nutrit et fouet in ſuſcipiẽtib⁹ ſpẽ de cõſequẽda felicitate eťna. Spes aũt ẽ cã leticie. Hoc

aūt ſecretū apitur dupl'.cla.
¶ Primo q̄dē claue figurati ue declaratiōis. Legitur eīm.j Reg.x.ꝙ cū Saul veniſſet ad Samuelē pphetā vt indicaret ſibi vbi nā eſſent aſine quas in paſcuis amiſerat. Cōtinuo ip ſe Samuel de volūtate dn̄i ac cepit vas vnū plenū oleo ꝛ ip ſum effudit ſup caput Saulis et deoſculatus eſt eū dicēs. Ec ce vnxit te dn̄s ſup hereditatē ſuā in principē: vt ſis rex po pulí ſui iſraelitici.
¶ Ad ppoſitū Saul q̄ inter pretat̄ petitio ſignificat quēli bet adultū chriſtianum morti vicinū: q̄ ſentiēs ſe tendere ad mortē debet cōgruo tpe pete re ſacrā vnctionē. Samuel āt q̄ interp̄tatur noīatus deo ſi gnificat ſacerdotē miniſtrum hui⁹ ſacri: q̄ dꝫ eē noīatus deo p̄ ceteris ppl'is p vite ſanctita tē et bonā famā. Per vas xo oleo plenū ſignificat̄ ip̄m ſa crū oleū ab ep̄o conſecratum. Sed quid eſt ꝙ Samuel effu dit oleū ſup caput Saulis: ni ſi ꝙ iſtud ſacr̄m actu ſuſceptū generat quandā ſpūalē leticiā ſeu mentis iocūditatē in eo q̄ ip̄m deuote ſuſcipit. Q⁹ autē vnctio capitis ſignificet hila ritatē mētis. Patꝫ p glo.ſup illo verbo Mat.vi. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū.i. hi larē et letum te exhibe. Unde hec ſpūalis hilaritas recte ſig nificat̄ p materiā huius ſacri que eſt oleum oliuarū. Mul tū eīm oleū eſt cordiale cordi hūano et tā letificatiuū ſicut hoc oleū. Et quēadmodū ſaul p illā vnctionē peruenit ad re giam dignitatem. Ita ꝛ per iſtā puenīūt xp̄ifideles ad cele ſtē gloriā: vt prius dictū eſt.
¶ Scd̄o iſtud ſecretuꝫ apitur claue auctoritatiue pbatiōis Pſal'. eīm po'.ciij. loquens de ſacr̄is eccl'ie ſic inquit. O dn̄e deus ſup. de fructu opm tuoꝝ .i. de efficatia ſacr̄orū tuorum ſaciabitur terra.i. hō iuſtus q̄ de terra eſt ex pte corpis. Tu inſuper es pducēs fenū iumē tis.i. tu p̄paſti ſacr̄m pn̄ie pec catoribus: q̄ more iumentorū beſtialiter vixerūt: et herbam ſeruituti hoīꝫ. Hec ſentētia re dit idem cū priori. Preterea tu ſupple adeo potens es: vt educas panē de terra.i. ſacr̄m altaris de ſubſtantia panis p conuerſionē ipſius in ipſum: et vinū ſupple conuerſum ſa cramētaliter in chriſti ſangui nē/letificet cor hoīs.i. conſciē tiam morituri hoīs: q̄ et ſi tm̄ recipiat ſacr̄m altaris ſub ſpe cie panis: nihilomin⁹ p cōco mitantiā recipit cū corpore et ſanguineꝫ. Et hoc totū ſupple facit deus vt exhilaret faciē.i. cōſcientiā ipſius morituri in oleo.i. in extreme vnctiōis ſa cr̄o: cuius materia eſt oleū oli uarū vt iā dictū ē q̄ ex ppria natura letificatiuū eſt. In p̄di

ctis igitur verbis pſalmiſta cō-
p̄hēdit tria eccl'ie ſacra dece
dentibus pnecessaria. Hec ſūt
penitētia: xp̄i corpus ⁊ vnctio
extrema: de qua ſpecialiter di
cit q̄ de⁹ exhilarat faciē hoīs
in oleo: hoc eſt i ipſo extreme
vnctionis ſacro. Si em̄ reges
qn̄ inungūtur exhilarātur eo
q̄ incipiūt acq̄rere poſſeſſionē
regni: q̄to plus debēt gaude-
re i dn̄o boni xp̄iani qui in ex-
tremis inūgunt: maxie cū per
talē vnctionē iam quodāmo-
do intrēt i poſſeſſionem regni
celeſtis. Non ergo ſunt tales
ſic catholice decedētes a ſup-
viuētib⁹ flendi: ſed ſemper de
ſua ſalute admonēdi ⁊ confor
tandi p̄pter ſpem glie ad quā
tendunt. Sed pro ampliori
huius ſecrecti declaratiōe in-
ſerende ſunt tres veritates.

L ¶ Prima igitur veritas.
Hoc vnctionis ſacr̄m non de-
bet dari regulariter niſi con-
feſſis ⁊ corde cōtritis q̄tū pōt
hūanitus cōiectari. Patet ſic
Nam arbor olive ex qua ema
nat materia ipſius ſacramēti
habet radicem valde amaram
que quidē amaritudo radicis
ſignificat amaritudinē cordis
quā requirit ipſum ſacramen
tum in ſuſcipiente: igitur.

M ¶ Scd'a veritas. Suſci-
piens hoc ſacr̄m debet hr̄e fir
mum p̄poſitū nunq̄ redeūdi
ad pctm̄ ſi p̄ tūc mortem eua-
dat. Patʒ ſic. Nam dicta arbor
olive hʒ in trūco mirabilē for
titudinē: ita vt vix aliqn̄ poſſit
corrūpi ⁊ putreſieri. Fortitu-
do aūt iſta naturalis fortitu-
dinē inſinuat mētis quā p̄ma
xime debet habere qui ipſum
ſacr̄m ſuſcipit: igitur.

N ¶ Tertia veritas. Quicūq̄
ſalubre vult hoc ſacr̄m ſuſcipe
dʒ a mūdo cor ſuū oīno ſubtra
here. Patʒ ſic: nā ipa arbor oli
ue hʒ i erectiōe celſitudinē: ſur
ſum ei⁹ verſus celū erigit et nūq̄
verſus terrā inclinat. Hec aūt
corpalis erectio ſignat ipſos
vnctos totū ſp̄m q̄tū pn̄t dr̄e
a mūdo ſubtrahere et i celū cō
uertere. Exēplo Au. q̄ in extre
mis poſit⁹ p̄hibuit neminem
ad ſe ingredi p̄ter medicos aīe
et corpis: et hoc ne a quoq̄ ei⁹
ipediret intētio q̄ min⁹ i celū
ferri poſſet. Uidi ⁊ ego pariſi⁹
quēdā fidelē ciuē qui poſtq̄ ſu
ſcepiſſet hoc venerabile ſacr̄m
multū religioſe ⁊ deuote adeo
erat abſtract⁹ a curis ⁊ ſollici
tudinib⁹ hui⁹ ſcl'i ei⁹ aīus. Ut
etiā videret obliuioni dediſſe
p̄prios filios parētes ⁊ ami-
cos quoſq̄: ſed frequēter eleua
tis ſurſum manib⁹ clamabat
cū Ap'lo di. Cupio diſſolui et
eſſe cū xp̄o. Sicq̄ ſana mēte ſa
noq̄ cōſilio biduo viuēs tādē
feliciter obdormiuit i dn̄o: nūc
quoq̄ vt i credo guſtat qd' ſiti-
uit regnū glie aſſecut⁹. Quod
nobis concedat qui. ⁊c.

¶ Sermo. xliij.

Vidi librum ſcriptū intus ꝛ foris ſignatum ſigillis ſeptē Apocal. v. Notandū ꝙ beatus Johannes vidit triplicem librum: videlicet.
Generationis humanalis.
Incarnationis diuinalis.
Sāctificatiōis ſacramētalis.

A ¶ De pmo lib. ſcribit Mathei.i. Liber gñationis ꝛc. ꝛc. In cuiꝰ quidē libri.c.xlij. Legitur ꝙ de Maria vxore Joſeph natus eſt Jeſus qui vocatur xp̄s. Pro quo in primis aduertēdum ꝙ euāgeliſta non dicit de quibus: ſed de qua vt dicit glo. interl. qꝛ ſine virili coitu de ſola ꝟgīe natꝰ eſt xp̄s

B ¶ Sed ex quo xp̄s non eſt natus ex Joſeph querit quare per eū texitur eius gñatio? Reſpōdet ad hoc glo. ordi. nō eſſe cōſuetudinis ſcripturarū vt ordo mulierū in generationibus texetur: et ideo nō per Mariam ſed per Joſeph texitur chriſti generatio.

C ¶ Sed inſurgit maior dubitatio. Cū eīm Joſeph nō fuerit pater Jeſu: non videt ſufficiēter ꝓbatū per hāc genealogiam ſic deſcriptā ꝙ Jeſus filius Marie fuerit de ſtirpe dauid. Reſpondet ad hoc magiſter Nicolaꝰ de lyra poſt glo. ordin. immo ꝙ ſic: qꝛ Joſeph et maria fuerūt de eadē tribu.

D ¶ Nam mulier ī veteri teſtamēto nō poterat nubere cū viro alteriꝰ tribus: qñ potiſſime ad eaꝫ ꝑtinebat hereditas paťna: vt ptꝫ Nūe.xxxvi. de filiabꝰ ſaphaat. Ibi eī dt textꝰ. Oēs viri ducēt vxores de tribu ꝛ de cognatiōe ſua: et cūcte femine maritos de eadē tribu accipiāt: vt hereditas permaneat ī familijs. Beata aūt virgo Maria fuit vnica Joachim pri ſuo ex Anna: et ideo ex lege cogebat viro ſue tribꝰ nubere. Et ī ſignū ꝙ eſſet de eadem tribu cum Joſeph, qñ facta eſt deſcriptio ipa Maria iuit cū Joſeph ī Bethleē ciuitatē dauid vt ꝓfiteret cū eo: vt habet Lu.ij. ¶ Sed ꝯtra hoc poteſt obijci. Nam Exodi.vi. legitur ꝙ Aaron accepit ſororē Naaſon filiā Aminadab: vcꝫ Heliſabeth ī vxorē: de qua conſtat ꝙ erat de tribu Juda: et Aarō de tribu Leui: vt hēt Exo.vi. Item Dauid duxit Michol filiam Saul: que erat de tribu Bēiamin: vt habet.i. Re.xviij Dauid aūt de tribu Juda. Reſpōſio ſm dñm Card. Sola inquit illa mulier nō potat nubere viro de alia tribu ad quā deueniebat parētū hereditas. Unde cum ad Heliſabeth non deueniret hereditas patris eo ꝙ habebat fratres priores ſe: bene potuit nubere viro de alia tribu: qꝛ nulla fiebat permixtio ſortiū ſeu hereditatū. Idem dicendū eſt de Michol

beata aũt Maria fratres non habuit nec ſorores ex pte patris: ideo ad eã deueniebat hereditas pr̃is: ꝛ ideo habuit neceſſe nubere viro de cognatiõe ſua ſm legẽ. Q' aũt ad filias tranſiret hereditas hẽt expſſe nũeri. xxvij. vbi dꝛ ſic. Cũ moꝛtuus fuerit homo ſine filio ad filias trãſibit hereditas. Ptꝫ ergo ꝙ cõueniẽter deſcribitur xp̃i genealogia per Joſeph et ceteros prioꝛes.

E ❡ Jn qua quidẽ genealogia ſunt tres teſſeredecades. Pria eſt ab Abraham vſqꝫ ad Dauid: ita ꝙ Dauid ĩ ea includatur. Scda a Dauid excluſiue vſqꝫ ad prioꝛẽ Jechoniam. Tertia a ſcdo iechonia vſqꝫ ad xp̃m. Jn pria teſſeredecade iudices fuerũt Jn ſcda reges Jn tertia põtifices. Et ſic ſummatim oẽs gñationes que fuerũt xlij. ſignificabãt xp̃m qui erat iudex rex ꝛ põtifer. His itaqꝫ premiſſis veniendum eſt ad interpꝛetationẽ nois ſaluatoꝛis

F ❡ Jeſus igitur eſt nomen pprium pſone: et cõuenit xp̃o ſm diuinitatẽ. Xp̃s Xo eſt nomen dignitatis et conuenit ei ſm hũanitatẽ. Jeſus aũt interpꝛetaꝛ ſaluatoꝛ. Que quideꝫ interpꝛetatio conuenit trib' generibus perſonarum:

videlicet Jeſu chꝛiſto. Viro iuſto. Virgini gl'ioſe.

G ❡ Pꝛimo igitur dñs noſter Jeſus xp̃s vocaꝛ cõueniẽter Jeſus. i. ſaluatoꝛ: qꝛ ipe ſaluum fecit ꝛ facit ppl'm ſuuꝫ. i. ĩ eũ credẽtes a pctis eoꝝ: ꝑut dixerat angel' loquẽs ad Joſeph Mat. i. Hic igitur noſter Jeſus. i. ſaluatoꝛ pꝛefigurat' fuit in trib' viris q̃ appellati ſunt hoc noĩe Jeſus: qui operati ſunt tẽpoꝛalẽ ſalutẽ in populo dei. Pꝛimus fuit Joſue de quo Eccl'. xlvi. Foꝛtis ĩ bello Jeſus filius Naue ſucceſſoꝛ Moyſi. Nam ſicut iſte Jeſus per Joꝛdanẽ ſicco pede duxit ppl'm dñi in terrã ꝓmiſſionis vt plene habeꝛ Joſue. iiij. Sic noſter Jeſus oẽs ſaluãdos per aquã baptiſmi indies ad celũ perducit. Scds dictus Jeſus fuit fili' Syꝛach q̃ fuit magnus legiſlatoꝛ ꝛ doctoꝛ: cõpoſuit eũ libꝛũ Eccl'i. vt dt Hiero. in ꝓlogo ſuꝑ eundem libꝛum Hic eñ docuit vicia vitare. vñ Eccl'i. xxi. dicit. Fili ſi peccaſti non adijcias iterũ: ſed de pꝛiſtinis depꝛecare vt tibi dimittantur: et quaſi a facie colubꝛi fuge peccata. Sic ꝛ noſter Jeſus dixit paralitico Johã. v. Jam noli amplius peccare ne deterius tibi contingat. Jtem mulieri depꝛehenſe in adulterio Johã. viij. ait. Vade ꝛ amplius noli peccare. Ecce quõ docuit nos debere peccata vitare. Jtem dict' Jeſus docuit virtutes operari di. Eccl'i. ij. Fili accedens ad ſeruitutẽ dei

ſta in iuſticia ꝛ timoꝛe. Sic et noſter Jeſus docuit virtutes Math.v.dicēs. Beati paupe-res ſpiritu: beati mites: beati pacifici ꝛ hmōi. ¶ Tertiꝰ dictus Jeſus fuit ille magnꝰ ſacerdos: de quo zacha.iij. Oſtēdit (inquit zacharias) michi dn̄s ſacerdotē magnū Jeſum ſtantem corā angelo dn̄i: Jſte aūt Jeſus fuit auus illiꝰ qui cōpoſuit Eccl'iaſticū. Hic Jeſus hoſtias ꝛ ſacrificia pro pp'lo obtulit vt decet ſummū ſacerdotem. Sic ꝛ noſter Jeſus ſemet ipm̄ obtulit pro pctis noſtris de quo apl'us Heb.ix. Semet ipm̄ obtulit deo: emūdauit cōſcientiam noſtrā ab operibus moꝛtuis. Jtem dictus Jeſus oꝛauit pro pp'lo: ſicut decet ſacerdotē: ita et xp̄s oꝛauit pro inimicis ſuis in cruce dicens. Pater dimitte eis Lu.xxiij. Jtem adhuc quotidie oꝛat coram deo p̄ꝛe ꝑ nobis Heb.vij. Accedēs per ſemetipm̄ ad deū ſemper viuēs ad interpellādū ꝓ nobis. Hic igitur noſter Jeſus cōuenīter fuit pꝛefiguratus i illis tribꝰ viris magnis qui ſalutē tēpoꝛalem operati ſunt i pp'lo dn̄i. Fuit ei doctoꝛ cū Jeſu filio Syrach in pꝛedicatione. Fuit ſacerdos magnꝰ in paſſione. Fuit dux pp'li fidelis in aſcēſione. Quicqd ergo pfectionis ꝛ laudis alij habuerunt particulariter ꝛ diuiſim hoc totū eminētioꝛi modo habuit iſte vniuerſaliter ꝛ coniūctim. Propterea de eo pphetauerat Eſaias.lxij. dicēs. Vocabitur tibi nomen nouū qd̄ os dn̄i noīauit. Nam ꝛ ſi pꝛedicti vocati ſunt hoc noīe Jeſus: hoc eſt ſm̄ tempoꝛalem ſalutem: iſte aūt ſm̄ eternalem. Jdeo Act.iiij. dicit Petrus. Non eſt aliud nomen ſub celo in quo opoꝛteat credētes ſaluari niſi in noīe dn̄i noſtri Jeſu xp̄i. Ecce quare dꝛ nouum.

¶ Scd̄o dicta interpꝛetatio conuenit aliq̄ꝰ viro iuſto Non quidē perfecte et ſm̄ cōpletam noīs ſignificationem qꝛ ꝓpꝛie loquēdo ſolus deꝰ eſt qui ſaluat effectiue. Vt em̄ dꝛ Apoc.vij. Salus: honoꝛ: virtus ꝛ gloꝛia attribuit deo noſtro qui ſedet ſuper thꝛonum et agno: q.d. ꝙ etiā ſaluare cōuenit xp̄o homini non quidē effectiue ſed magis in gn̄e cauſe meritoꝛie. Unde in ṗo dꝛ de xp̄o ꝙ operatus eſt ſalutem in medio terre. Aliter tamē xp̄s homo ſaluat in gn̄e cauſe meritoꝛie: et aliter iuſtus. Chꝛiſtus em̄ ſm̄ hoc ſaluandi genꝰ ſaluat de cōdigno: eo ꝙ de cōdigno meruit oīb9 ſaluādis pꝛimam gratiam. Juſtus aūt non poteſt eam alteri mereri niſi de congruo. Et huius diuerſitatis cauſam aſſignat doctoꝛ ſctūs.xij.q.cxiiij.arti.vi. dicens ꝙ aīa xp̄i mouebatur a deo per gratiam: non ſolum

vt ipſe xp̄s homo perueniret
ad gloriā vite eterne: ſed etiaꝫ
vt alios ad eā adduceret inq̄
tum erat caput eccleſie ⁊ actor
ſalutis humane. Non ſic aūt
eſt de aīa cuiuſcūqꝫ alteri⁹ iu-
ſti que tm̄ mouetur a deo per
gratiam vt ip̄e iuſtus pueniat
ad gloriā celeſtem: et ideo ei⁹
meritū condigni vltra hāc mo
tionē non ſe extēdit: q̄uis be-
ne meritum congrui.

I ❡ Et q̄tum ad hoc genus
meriti congrui iuſtus pōt ſal
uare primum ſuū tripliciter
❡ Primo quidem exēplū be
ne operandi dando Math. v.
Sic luceat lux veſtra corā ho-
minibus vt videant opera ve-
ſtra bona ⁊ glorificēt patrem
veſtrū qui ī celis eſt. Ecce qͦ
quis pōt primum ſaluare pre
bendo exēplum ſancte opera-
tionis. Et per tale mediū de-
bent dn̄i eccleſiaſtici ⁊ viri re-
ligioſi ſaluare aīas laicorum
et miſeroꝝ pctōꝝ. ❡ Secūdo
feruēter p ipſo orando: vt em̄
dicitur Iaco. v. Multū valet
oratio iuſti aſſidua. Unde per
tale medium Stephan⁹ ſalua
uit Paulum pro eo orādo: in
tantum ꝙ ſi pro eo nō oraſſet
eccleſia nunq̄ Paulū habuiſ-
ſet: vt dicit Augu. ❡ Tertio
doctrinam ſalutarem ppōnē
do ⁊ monita ſalutis dādo. vn̄
Iaco. v. Si qs ex vobis erra-
uerit a veritate ⁊ conuerterit
eum quis: ſcire debet quoniā
qui cōuerti fecerit pctōrem ab
errore vie ſue ſaluabit animā
eius a morte.

K ❡ Tertio dicta interpre-
tatio cōpetit virgini glorioſe.
Nam ſicut ei⁹ fili⁹ dr̄ ⁊ eſt ve-
raciter ſaluator: ita ⁊ ipſa ſal-
uatrix. Saluat em̄ ſibi deuo-
tos pplos ſuis meritis ⁊ pre-
cibus aſſiduis: quas indefeſſe
pro eis porrigit ante conſpe-
ctum diuine maieſtatis. vnde
deuot⁹ Bern. Nichil de⁹ nos
habere voluit qd̄ a throno dei
deſcēdit: quin per man⁹ Ma-
rie tranſijt. Propterea prefi-
gurata fuit in Iudich: que po
pulū hebreū ſaluauit tēporali
ter de manu Holofernis Iu-
dich. ix. Sic ⁊ ip̄a ſaluat ppl'm
fidelem de ptāte demonis ad
quem de ea ī figura dixit dn̄s
Gen. iij. Ip̄a cōteret caput tuū
Eius itaqꝫ imploremus auxi
liū cū pſalmiſta dicētes. Fiat
manus tua: o virgo digniſſi-
ma atqꝫ potētiſſima: vt ſaluet
me et primum in preſenti per
gratiam. Pro qua impetran
da ſalutemus dicēdo Aue.

SEcūdus liber dicitur in-
carnationis diuinalis.
de quo ſubdit ī themate q ſcri
ptus eſt intus et foris. Intus
quidem q̄tum ad vetus teſta-
mētum in quo inuenim⁹ duo
magna teſtionia de hac miri-
fica incarnatione: vcꝫ vnam fi
guram ⁊ vnam pphetiam.

L ❡ Primo igitur inueni-

imus vnā figurā de qua Eccleſiaſtes.ix. vbi ſalomon ſic loquitur. Uidi inquit ſub ſole hanc ſapientiā.i.hoc opus ſapientie qđ dicturus ſum ꝛ pbaui maximā.i.hoc noſſe pbaui maximū vcꝫ pfunditate et vtilitate. Ciuitas pua ſupple eſt vel fuit ꝛ pauci in ea viri id eſt viriles hoies. venit contra eā rex magn⁹ ꝛ vallauit. eā: extruxit munitiōes per gyrum ꝛ perfecta eſt obſidio. Inuentuſqꝫ eſt in ea vir pauper ꝛ ſapiēs q per ſapiētiā ſuā liberauit vrbē ꝛ nullus deinceps recordatus eſt pauperis illi⁹ ¶ Ad ppoſitū myſtice hec ciuitas parua eſt eccřia militās vt exponit domin⁹ hugo car. ꝛ ſimiliter glo.ordi. ꝛ interl. de qua đr Pſal. Glioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Et alibi hierřm q edificaŧ vt ciuitas hec aūt ciuitas đr parua eo ꝙ tm̄ hūiles habitāt in ea numero ꝛ merito ſecundum illud dn̄i verbum Math.xviij. Niſi efficiamini ſicut paruuli nō intrabitis in regnū celorum. Uel dicitur hec ciuitas dei pua reſpectu babilonis que eſt ciuitas diaboli ꝛ pauci in ea viri dicuntur reſidere qui ſcꝫ ſint virtuoſi per comparationem ad malos. Ūn̄ Math. xx. Multi ſunt vocati pauci vero electi. Rex autē ille magnus qui cōtra eam venit diabolū ſignificat qui eſt rex ſup omnes filios ſuperbie vt habetur Job.quadrageſimo primo. Dicitur aūt iſte rex magnus qꝛ ſup magnos.i.ſupbos regnat. vel qꝛ multos ſeruos ꝛ ſubditos habꝫ.i.peccatores Nam ſtultorū hoc eſt peccatorū infinitus eſt numer⁹ Uel dicitur ideo magnus qꝛ magnum ſe iactat ſecundum illud Math.iiij. Hec oīa tibi dabo quaſi ſe iactans omnia temporalia eſſe ſua: ſi cadēs in terram adoraueris me. Uel quia magnus ſit fortitudine Unde Luce.ii. vocaŧ fortis armat⁹ Hic igiŧ rex diabol⁹ vallauit ciuitatē eccleſie militātis quādo multis malis eam circundedit ad expugnandum ipſā. Propterea pie conqueritur eccleſia dicens illud Pſalmi. Circundederūt me vituli multi tauri pingues obſiderunt me. Tūc autem iſte rex extruxit munitiones ꝛ fortalitia atqꝫ machinas contra hanc pauperculam ciuitatem quando ſuſcitauit contra eam hereticos ꝛ principes tyrannos. Et ſimiliter fortes ꝛ varias tentationes. Et perfecta dicitur obſidio: ſcꝫ vndiquaqꝫ. quia ante aduentum chriſti nullus euadebat diabolum: ſed omnes trahebat ad infernum vel limbum. Uir autem pauper ꝛ ſapiens in ea inuentus eſt chriſtus qui ſolus ꝓprie đr vir nichil molliciei feminee

habēs de quo viro dicitur Je remi.xxxj. Nouū faciet ſuper terrā mulier circundabit vi= rum. Jtem bene dicitur pau= per quia xp̄s ſemper in omni vita ſua pauptatem amauit ⁊ elegit. Vñ dicere potuit illō Pſal. Ego aūt mēdic⁹ ſum ⁊ pauper. Jtem fuit ſapiens: qꝛ vt habetur Col.ii. Jn eo ſunt om̄es theſauri ſapientie ⁊ ſcie̅ tie dei abſconditi. Jſte igitur vir pauper ⁊ ſapiens libera= uit vrbem .i.eccl̄iam a diabo= lo ⁊ a peccato per ſapientiam ſuam: nō aūt dicit per poten= tiam ſuā ſed per ſapientiā ſuā qꝛ xp̄s redemit genus huma nū ⁊ diabolū ſupauit nō per potentiā diuinitatis ſed per aſtutiā ſapiētie ſue qua ſub eſ ca hūanitatis abſcōdit aculeū diuinitatis vt dꝛ Grego. Ecce q̄tū nobis profuit filij dei in carnatio. Sed audite hoīm malitiā ⁊ ingratitudinē per maximā: qꝛ nullus deinceps recordatus eſt hoīs illi⁹ pau peris: condigna grārū actiōe aut deuotiōe. dꝛ aūt ꝙ nullus .i. pauci reſpectu multitudi nis illorū qui obliti ſunt: ſecū dū illō Eſa.xvij. oblita es dei ſaluatoris: ⁊ fortis adiutoris nō es recordata. Jn hoc igiť opere melior fuit ſapiētia for titudine vt habeť ibidē.i.me= lior fuit ſapiētia xp̄i fortitudi ne diaboli. Deinde ſalomon admirans ſup ingratitudine iudeorū qui cōtempſerūt p̄re dicationes xp̄i dicit ſic. Quō ergo ſapiētia pauperis.i.xp̄i contenta eſt. Jnterl.ab ingra tis.⁊ v̄ba ei⁹ nō ſunt audita: cū tamē de eo dicatur Johā. vj. Uerba vite eterne habes. Et Pſal. Quā dulcia fauci= bus meis eloquia tua ſup mel ori meo.

M ¶ Moraliter iſte textus exponiť a dn̄o cardinali de vi ro iuſto ſic. Ciuitas parua eſt quilibet iuſtus ⁊ elect⁹ in hac ciuitate ſūt pauci viri.i.pau= ce virtutes ⁊ pauca merita q̄ dicuntur viri propter robur ſunt igitur huiuſmodi viri pauci reſpectu multitudinis peccatorū. Rex aūt magnus qui venit cōtra hanc ciuitatē diabolus eſt qui vallat eam ⁊ vndiq̄ obſidet: ita vt quocū ꝙ quis exeat icidat in hoſtes Nā ſupra hominē ſunt demo nes qui ſuggerunt ſuperbiam ⁊ omnem malitiā infra eſt cā ro que ſuggerit voluptatem a lateribus: eſt mundus qui a dextris impugnat hominē ſanctum ꝓſperitate ⁊ a ſini= ſtris aduerſitate. Hic autem rex extruxit munitiones per gyrum.i.varios modos ten= tationū. Uir autē paup ⁊ ſapi ens in hac ciuitate anime ra= tionalis humilitatem deſig= nat que per ſapientiam ſuā li berat vrbem.i. humanā crea= turā vel fidelē animā. Et nul=

lus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis: qꝛ homines virtuoſi hodie in p̄cio apud pauciſſimos habent̄ immo ſapiētia eorū ꝛ doctrina contēptui habetur: ſapientia aūt mundanorū ſup̄ celos extollitur. Eccle.xiij. Diues locutus eſt ꝛ omnes tacuerūt ꝛ verbum illius vſqꝫ ad nubes perducent: paup̄ locutus eſt et dicūt. Quis eſt hic? De lyra aūt aliter hoc exponit in ſenſu morali dicēs: ꝙ per ciuitatem paruam intelligit̄ corpus hūanū. ꝛ per viros in ciuitate hac exiſtentes corporis mēbra: per regem autem obſidentem iſtā ciuitatē ſignificatur fomes ad malum inclinans qui dicitur rex magnus eo ꝙ multi illi obediunt per virum autem ſapientem ꝛ pauperem ſignificatur ſynderesis ad bonū inclināns que dicitur paup̄ quia pauci illi obediūt: liberatio autē ab impulſu fomitis fit p̄ ipſā ſyndereſim ſiue p̄ rectū dictamē rationis. Sed ꝙ contemnatur iſte paup̄ ſepe accidit: qꝛ multi agunt contra conſcientiam quod grauiſſimū eſt ꝛ deo q̄ dedit talem ſyndereſim valde iniurioſum.

¶ Secundo infra hunc librū inuenimus vnam p̄phetiam que habetur Eſa.xlvj. Ubi introducuntur verba domini dicentis. Ego ſum deus ſolꝰ ſupple. et non eſt vltra deus: nec eſt ſimilis mei ſcꝫ in natura: eternitate: patiētia: ſapientia: atqꝫ bonitate Pſalmiſta. Deus quis ſimilis erit tibi. annūciās ab exordio nouiſſimū. i. reuelans ab initio mundi vel a tēpore abrahe cui dictum eſt Gene.xxij. In ſemine tuo benedicētur omnes gentes nouiſſimū. i. xp̄m qui fuit nouiſſimus humilitate etate ſeu temp̄e. Itē iudeorū reputatiōe ſcd̄m illud Eſa.liij. Deſiderauimus eū deſpectum ꝛ nouiſſimū virorū. dicēs. Conſiliū meū ſtabit. i. illud qđ decreui me facturū manebit firmiter: ꝛ omnis voluntas mea ſcꝫ circa hoīm ſalutē fiet. i. implebit̄ ſcd̄m illud Pſal. Omnia q̄cūqꝫ voluit dn̄s fecit. vocans ab oriente auē. i. a iudea xp̄m vt exponit glo. Interl. q̄ ſcꝫ iudea eſt ſub oriēte per auē igitur recte intelligitur xp̄s quia vt dicit hic glo. ord. ipſe quaſi cito volatu ſua fide per apoſtolos totū mūdū impleuit. Sequit̄ ꝛ de terra longinqua. i. de celo vocaui ſupple. virū volūtatis mee. i. filiū meum vt habet interl. in quo michi complacui. Et hoc eſt qđ dicitur Eſa. xxx. Ecce nomen domini venit de longinquo. Sequitur ꝛ locutus ſum interl. per prophetas de aduētu filij mei in mundum: ꝛ de redemptione mūdi. Et addu-

cam illud .i.ad effectū perdu
cā illud quod predico. Audi-
te igitur me o vos iudei du-
ro corde qui ſemꝑ reſtitiſtis
veritati. primo pphetis tan
dē ꝛ filio dei: qui longe eſtis
a iuſtitia.i.a xp̄o qui eſt iuſti-
tia ꝛ qui oēs iuſtificat a pecca
to lōge inq̄ eſtis a tali iuſti-
cia vos obſtinati iudei ꝙ elon
gamini ab eo per peccatū ad
inſtar filii pdigi qui dimiſſa
domo pr̄is ſui abiit in regio
nem longinquā. Audite igit
quod ſequitur. Prope feci iu
ſticiam meam.i.filiū cui om̄e
iudicium dedi. Prope inq̄
eum feci vobis: per carnis ſu-
ſceptionem: per infirmitatū
aſſumptionē: per tribulatio-
num perpeſſionem: per diu-
turnam conuerſationem. Uel
prope feci iuſticiam meam.i.
cito mittam filium meum in
mūdū vt exponit glo. interl.
ꝛ ſalus mea.i.filius meus qui
ſaluum faciet populum ſuum
a peccatis eorum. non mora-
bitur interl. in iudea in qua
natus eſt. Uel nō morabit.i.
non tardabit venire Abacuk
Si moram fecerit expecta eū
qꝛ veniēs veniet ꝛ nō tardabit
Sequitur. Dabo in ſyon.i.iu
deis qui ſunt de ſyō ſalutē .i.
ſaluationem ꝑ filium meum.
Unde ipſe dicebat. Math.xv.
Nō ſum miſſus niſi ad oues
que perierunt domus iſrael.
Et in hieruſalem gloriā meā
.i.ipſum meum filium qui eſt
glīa mea ꝛ ꝙ debet me clarifi-
care in mundo in ſuo aduētu.
Poſſumus etiam iſtam pro-
phetiā extendere ad ſcd̄m do
mini aduētū: de quo dicit do
minꝰ. Ego ſū deꝰ. annūcians
ab exordio.i.a mundi conſti-
tutione nouiſſimū hoc eſt diē
iudicii qui erit in nouiſſimo
die. hunc itaq; diem annūcia
uit dn̄s ab exordio ꝑ patriar
chas ꝛ ſctōs pphetas dicens
Conſilium meū ſtabit ꝛ oīs
volūtas mea fiet: ſcꝫ de dānā
dis ꝛ ſaluādis qꝛ non eſt qui
poſſit reſiſtere voluntati eiꝰ.
Et de terra lōginqua.i.de val
le Joſaphat que longe diſtat
a nobis vocaui.i.vocabo virū
voluntatis mee.i.vnūquemq;
electum dicens illud Math.
xxv. Uenite benedicti patris
mei.ꝛc. Quod vero ſequit au
dite me duro corde. refertur
ad reprobos quibus loquet
xp̄s in ira ſua ꝛ in furore ſuo
conturbabit eos. vt dt Pſal.
Prope feci iuſticiā meam.i.
in pximo eſt vt faciā iuſticiā
de vobis. vnde Deutro.xxxij.
Juxta eſt dies pditionis ꝛ ad
eſſe feſtināt tempa. Qd̄ vero
ſubditur ꝛ ſalus mea nō mo-
rabitur ad ipos electos pti-
net: quibus dabit dn̄s eternā
ſalutē qn̄ daturꝰ eſt reprobis
ſuppliciū ꝛ penam Sequitur
Dabo in ſyon ſalutē ꝛ in hie-
ruſalem gloriā meam.i.virū

actiuis ꝛ contēplatiuis: dabo tibi gloriam meam celeſtem. ¶ Scḋo iſte liber dr̄ ſcriptus foris q̄tū ad nouū teſtamētū in quo inuenim⁹ ſcriptū Luce.iiij.ꝙ cū xp̄s ſemel veniſſet in nazareth vbi fuerat nutritus intrauit die ſabbati in ſynagogam: ꝛ mox ſibi aliquē petijt librū dari: quidā ꝗ̄ leuita dedit ſibi librum Eſaie prophete quem cū aperuiſſet xp̄s ſtatim īuenit textū Eſaie.lxj. ca. vbi dicit Spiritus domini ſuper me eo ꝙ vnxerit me: euāgelizare pauperibus miſit me: ſeruare cōtritos corde predicare captiuis remiſſionē ꝛc. Et cū plicuiſſet librum reddidit miniſtro ꝛ ſedit. Omnes aūt ꝗ̄ erant in ſynagoga aſpiciebāt in eū: quibus ait qꝛ hodie impleta eſt hec ſcriptura in auribus veſtris.i. hodie proprijs aurib⁹ audiſtis me implentē hanc ſcripturā: id ē euāgelizantē vobis qui eſtis paupes ꝛ ſanātē omnes. q.d. Ego ſū ille de quo ꝓpheta dixit ꝗ̄ oīa feci que ibi dicitur. Et oēs teſtimoniū illi dabant vez ꝙ hec ꝓphetia ad lr̄am de eo intelligeret ꝛ mirabantur in verbis gr̄e ꝗ̄ ꝓcedebant de ore ipſius. Nā vt dicit de lyra cū hec loqueretur iudeis quidam fulgor gratie relucebat in facie ipſi⁹ qui animos intuētiū attrahebat. Qualiter aūt predictus text⁹ Eſaie ad lr̄am intelligatur de xp̄o declaratur ſic. dicit eīn chriſtus Spiritus domini ſupar me: ſupple factus eſt vel ſuper me id eſt me deducēs quia humanitas chriſti fuit organum cōiunctum diuinitati ꝛ ideo in omnibus mouebatur ſecundum inſtinctum ipſius diuinitatis: eo ꝙ vnxerit me ſcꝫ ab inſtanti conceptionis plenitudine gratie euāgelizare pauperibus.i. humilibus quibus proficit verbum predicatiōis miſit me non autem ſuperbis qui illud reſpuunt ꝛ contemnunt. Item miſit me ſupple ſanare contritos corde. contriti corde ſunt peccatores penitentes pro quibus ſanandis ꝛ ſaluandis venit dei filius in terris ſecundum ꝙ ipſemet dicebat Mathei.ix. Non eſt opus valentibus medicus ſed male habentibus. Nō eīn veni. ꝛ cetera. Item miſit me pater predicare captiuis remiſſionē. captiuis inꝙ̄ a diabolo ꝛ ligatis in vinculis peccatorum: vel captiuis id ē detentis in limbo ad quos chriſtus deſcendit ꝛ inde eripuit ꝛ cecis viſum: id eſt gentilib⁹ execatis per errorem: veram dei cognitionem. Item miſit me dimittere confractos in remiſſionem: ſcilicet a pondere legis eos relaxando. Item miſit me pater ſupple predicare annum domini ac-

ceptum.i.vt oſtēderem tēpus plenitudinis gratie aduenisse in quo de⁹ placabilis reddit hoib⁹ penitētib⁹: et ſiľr genti bus conuerti volētib⁹. Eſaias aūt dicit Annum dño placabilem. De quo.ij.Coꝛ.vi.Ecce nunc tēpus acceptabile:ecce nunc dies ſalutis. Item miſit me pater ſup.predicare diem retributiōis.Interl.i.iudicij. In quo quidem die retribuet vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Eſaias aūt dicit Diē vltionis deo noſtro.i.tēpus dānationis adeo vēturum ſup iudeos rebelles per romanos vt exponit glo. ordi.ſup Eſaiam. De hoc die vltionis loquebatur xps ipſis iudeis cū aiebat Luce.xix. Ve nient dies ī te ꝛ circūdabūt te inimici tui vndiqꝫ. Vel dic ꝙ dies vltionis ꝓprie eſt dies iudicij finalis:in quo fiet grauiſſima vltio de hoſtib⁹ xp̄i peccatoribus quibuſcūqꝫ:ſm illō Deutero.xxxij.Reddam vltionem hoſtibus meis:et hisqui oderunt me retribuam.Hunc aūt diem predicauit xp̄s quotiens illū nunciauit futurum vtpote Lu.xxi.dicēs.Erūt ſigna in ſole:luna ꝛ ſtellis.ꝛc. Item Math.xxv. Cū venerit fili⁹ hoīs in ſede maieſtatis ſue et omnes angeli eius cum eo: tunc congregabuntur.ꝛc.

¶ Mod⁹ aūt quo hec incarnatio facta ē patere poteſt in rebus naturalib⁹:et potiſſime in panthera. Pro quo nōtandum ꝙ panthera ſm Iſidorum.lib.xij.ethi.eſt aīal varios habēs colores:ſcꝫ album nigrū et flauū ſeu blandum. Eſt aūt hoc aīal amicū oīꝫ aīalium preterꝙ draconis quem naturaliter odit: ꝛ draco ipm fugit. Preterea ei⁹ natura talis eſt ꝙ cū comederit ad ſatu ritatem recōdit ſe in ſpelunca et ibi dormit ferme ꝑ tres dies. Poſt triduū xo a ſōno ſurgens emittit vocē:et ab ore ei⁹ exit odor aromatic⁹ ſupra modum ſuauis Propter cui⁹ ſuauitatē ipm cetera aīalia ſequūtur:et ſolus draco audiēs vocem ei⁹ timore cōcuſſus fugit in cauernā ibi ſe abſcōdēs. Cū eñi ī ſe ſit ſerpēs veneno plen⁹ non pōt ipſi⁹ panthere odorē ſuauiſſimū ferre. ¶ Ad ꝓpoſitum panthera xp̄m ſignificat Nam ſicut pāthera cetera aīalia excedit in colore iuxta illō poeticū dictū. Eſt aīal pāther cui nō eſt pulchrior alter. Nā decoraꝛ maxima varietate colorꝝ et maculaꝝ: vcꝫ albaꝝ:nigrarū et flaueaꝝ vt dictum eſt Ita ꝛ xp̄s adhuc in terris degens fuit decoratus variis virtutib⁹. Primo quidem albo colore puritatis ꝛ innocentie qꝛ vt habetur Eſa.liij.et.i.Petri.ij. Pctm̄ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Scđo nigro hūilitatis. Philip.ij. Humiliauit ſemetipſuꝫ

forma ſerui accipiēs. Tertio flaueo ſtabilitatis: qr vt habetur vbi ſupra. Factus eſt obediēs patri vſq3 ad mortē: ecce eius cōſtantia. Sicut ergo ipſa pāthera vel ipſe pāther (qr vtrunq3 bonū eſt) et ſpecioſitate et colore excellit cetera animalia: ita et xp̄s excellit cunctos in formoſitate: qr nunq̄ natura p̄duxit virū tā formoſum et elegantē: nec aliquando p̄ductura eſt: qđ aiaduertens Dauid ait. Specioſꝰ forma pre filijs hoiz. Hic igitur noſter panther diligit omnia aīalia preter dracone.i.oēs hoies tā bonos q̄ malos preter diabolū: aliter tamē z alit'. Nā in bonis diligit naturam et gratiā: in malis aūt diligit quidē naturaz: ſed odit in eis culpam ſcd̄m illud Pſal'. Iniquos odio habui: q̄ autē oēs gñaliter diligat patz Sap. xi. Diligis oīa que ſunt: et nichil eorū odiſti que feciſti. Itē Mat. v. Solē ſuum oriri facit ſuper bonos et malos: z pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Preterea iſte pāther poſtq̄ fuit ſaturatus opprobrijs iudeoruz et ſupplicijs gentilium eū crucifigentium tandez requieuit in ſpelunca ſepulchri tribus diebus ibi dormiens ſomno mortis. Sed poſt triduū euigilans per veram reſurrectionem emiſit vocez: quando patre ad eum clamāte z dicente. Exurge glīa mea exurge pſalterium et cythara.i.tu fili qui gloriā meā et maieſtatem demonſtraſti in terris et qui ſuauiter pſalliſti in cruce nunc exurge a mortuis. Reſpōdit dicens. Exurgā diluculo. Tūc aūt ex eius ore proceſſit odor aromaticus ſupra modū ſuauis: quando eo deſcendēte ad inferna ad eius imperium liberati ſunt ſancti patres: qui ſuauitatē ſue glorie p̄cipiētes eum in mundum: z de mundo in celuz ſecuti ſunt. Uel dic: q̄ clamor eius fuit illa vox qua impauit principibus inferni dicens. Attollite portas principes vr̄as et el. por. eter. z intro. rex glīe. Ad quam vocem gauiſi ſunt ſancti illi patres: ſed demones perterriti fugerunt in ſpeluncaz abyſſi infernalis. Uel dic: q̄ vox et odor ſuauis huiꝰ pāthere fuit gratioſa peccatoruz inuitatio ad penitentiam cum aiebat. Penitentiaz agite appropinquabit regnum celorum Mathei iiij. Unde Luce. xv. legitur: q̄ erant ei appropinquātes publicani et peccatores: vt audirent illū. Item Joh. vii. dicitur q̄ in quodaz die feſto magno clamabat in templo di. Si quis ſitit veniat et bibat. In q̄bus verbis inuitabat omnes ad penitentiam. Itē Mathei. xi. Uenite ad me omnes qui laboratis: ſupple in pec-

tatis et illis onerati eſtis: venite inquit ad me illa dimittēdo: et ego reficiā vos. Nonne vox eius ſuauiſſimū odorem emittebat: quādo aperiēs os ſuum docebat diſcipulos ſuos dicens. Beati paupes ſpiritu qm̄ ipſorū eſt regnū celorum. Beati mites qm̄.&c. Math.v. Item quando dixit Magdalene. Remittuntur tibi peccata tua. Luce.vij. Itē quando dixit latroni. Hodie mecū eris in paradyſo Lu.xxiij. et hmōi Unde de hoc longe antea prophetauerat Pſal. dicens Dabit ſup. chriſtus voci ſue vocē virtutis. Nota tamen φ ſicut cetera animalia ſequūtur pātherā ſentientia eius odorem preter draconē: ita et xp̄o predicāte in iudea et galilea eum ſequebantur ſimplices et deuoti. Maiores aūt vtpote pōtifices et phariſei qui ſalubrē eius doctrinā ex inuidia audire non poterāt eū ſequi contēnebāt. Sic ⁊ adhuc hodie ſimplices et deuoti chriſtiani ſequuntur vocē xp̄i predicantis in membris ſuis iuſtis predicatoribus: quā abhorrēt et cōtēnunt diuites vſurarij ⁊ nobiles ſuperbi.

¶ Aliter panthera ſignificat beatā virginē ꝑpter tria Nam panthera eſt aīāl diuerſorū colorū. Itē habet halitū valde ſuauē. Item cibū talem emittit qualē recipit: vt dicit Catholicon. Ita ⁊ beata virgo habuit varios colores diuerſarū virtutū. Fuit quippe alba per virginitatē: nigra ꝑ humilitatē Can.j. Nigra ſum quo ad humilitatē: ſed formoſa: quo ad virginitatē: flaua ꝑ fidei conſtantiā: q2 fides eius nunq̄ defecit: ſicut neq̄ color flaueus poteſt deleri. Propter ea Pſal. de ea loquens ait. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate ſup. v̄tutū et grāꝝ Habuit aūt hec panthera halitū adeo ſuauem.i. humilitatē in tm̄ redolentem φ cum dixiſſet ex humilitate angelo. Ecce ancilla dn̄i fiat.&c. mox dei filius in ea incorpatus eſt Unde tunc dicere potuit illud Can.i. Nardꝰ mea dedit odorē ſuū.i. humilitas mea voce expreſſa fuit adeo odorifera φ eius odor aſcēdit ſup om̄es angelos ⁊ ꝑuenit vſq̄ ad ſedētē in dextera dei pr̄is. Itē hec pāthera talē enixa eſt dei filiū qualē cōcepat: ſcʒ ꝑ verū deum Hāc itaq̄ pantherā ſicut oēs angeli diligūt: ita et oēs deuoti catholici: et ſoli heretici eā odiunt eius odorem ferre nō valentes. Unde dicūt ei iuſti et deuoti illud Can.j. In odore vnguentorū tuorū: id eſt virtutū tuarum currimus o virgo ſanctiſſima.

Tertius liber dicitur ſanctificationis ſacramen-

falis: qui quidē liber ſignat⁹ eſt ſigillis ſeptē .i. eccľie ſacramentis: que ſunt numero ſeptē. Unde ſub ſeptimo ſigillo per quod intelligimus ſacramentū extreme vnctionis adhuc inuenimus vnū magnū ſecretum quod eſt tale.

Q ¶ Ipſum ſacramentum extreme vnctionis ſpiritualiter fortificat et corroborat laborantē in extremis: vt meli⁹ valeat reſiſtere tētationibus et aſtutijs demonis. Iſtud ſecretū ponit D.S. iiij. ſen. di. xxiij. q. j. art. ii. q. j. in ſolutiōe ad ſecundū vbi di. ꝙ hoc ſacramentū tollit debilitatē quandā ſpūalē derelictam in homine ex prioribus cōmiſſis peccatis ſed tamē iā remiſſis quo ad culpā: qua quidē debilitate ſublata nō poteſt demō ita faciliter inclinare hūanā mentem ad peccatum ſicut prius. Iſtud aūt ſecretū aperitur duplici claue.

R ¶ Prīo quidē claue figuratiue declaratiōis. Legitur enī. j. Reg. xvi. ꝙ dominus pcepit ſamueli vt impleret cornu ſuū oleo pgeretq; in domū Iſay: et vngeret vnū de filijs ſuis in regē iſrľ: Saule reprobato ꝓpter pctā ſua. Obediēs itaq; voci dñi decliāuit in domū predictā: et vnxit Dauid paſtorem ouium: vt regnaret ſup iſrael: quo inūcto nō multo poſt pugnauit contra Goliath gigantem potentiſſimū qui impugnabat iſrael. Nam ipſe Dauid: vt habetur cap. ſequenti aſſumptis quinq; lapidibus de torrente cum funda et baculo in manu venit contra eū. Quem cū ſic approximantem conſpiceret ipſe Goliath dixit ei. Nūquid ego canis ſum: quia cum baculo venis ad me? Sed accede ad me et dabo carnes tuas volatilibus celi et beſtijs terre. Ad quē Dauid. Tu venis ad me cum gladio et haſta et clypeo Ego aūt venio ad te in nomine domini exercituum: et dabit te dominus hodie in manu mea. Quod et factum eſt. Nam cum philiſteus ille appropinquaret ad Dauid feſtinauit ipſe dauid preuenire eū et miſſa cito manu in pera tulit inde vnum lapidem et funda ipm iecit, pcuſſitq; eum in fronte: quo retrorſum cadente Dauid appropiās accepto illius gladio precidit ei caput ſicq; dauid poſt glorioſū triumphum rediit ad poplum domini.

¶ Ad propoſitū videndum eſt quid ſignificet ſamuel: qd Dauid: qd Goliath. Samuel igitur ꝗ interpretatur noiat⁹ deo ſignificat quemlibet eccľe miniſtrum ꝗ debet eſſe noiat⁹ apud deū per rectam ⁊ ſanctā intentionē: ſimiliter apud homines ꝑ bonā famam. Dauid

vero qui interpretatur manu
fortis ſignificat quẽlibet ca-
tholicũ in extremis dimican
tem qui debet eſſe fortis ma-
nu.i.ſancta operatione vt nul
li cedat tentationi: neqꝫ vacet
a colloquiis diuinis ⁊ oratio
ne ꝙtũ ſibi datur a dño exem
plo beati Martini qui cũ ad
extremũ vite deueniſſet: ocu-
lis ac manibus in celũ ſemꝑ
intẽtus inuictũ ab orõne ſpi-
ritũ nõ relaxabat. Nunc autẽ
dauid iniūgit ſamuel cũ ſacer
dos egrotanti ad mortẽ con-
fert ſacramenta vnctiõis ad
hunc finem vt regnet in iſrael
.i. in loco viſionis: vcꝫ in celo
loco ſaulis reprobati .i. loco
alicuius demonis q̃ inde ceci
dit. Nã vt volunt aliqui do-
ctores tot hoies ſaluabũtur
⁊ regnabũt in celis ꝙ angeli
mali ĩde ceciderũt. Aduertẽdũ
tñ ꝙ quẽadmodũ pri⁹ opor-
tuit dauid preliari cũ phili-
ſteo ⁊ de eo victoriã obtinere
ꝙ̃ in iſrael tẽporaliter regna
re. Ita oportet vnũquẽqꝫ ca-
tholicũ pri⁹ inire certamẽ cũ
goliath qui interꝑtaꝛ robu-
ſtus eorũ.i.cũ demone qui eſt
robuſtiſſimus ſm illud Job:
xlj. Nõ eſt poteſtas ſuꝑ terrã
q̃ cõpetur ei qui factus eſt vt
nullum timeret. ⁊ potiſſime
iſtud bellũ exercẽdũ eſt in ho-
ra mortis. Et ſicut ſolus da-
uid preliatus eſt contra phi-
liſteum illum. ſic ⁊ quilibet ſi
ue magn⁹ ſiue paru⁹ ſiue pa-
pa ſit ſiue impator aut ruſti-
cus habet ſolus preliari cum
dracone ĩfernali in paſſagio
hui⁹ mundi ad celũ. Nec inue
niꝛ tã fidelis amic⁹ qui velit
tũc aſſociare morientẽ ſiue ſit
pater ſiue filius aut dñs. Sed
quib⁹ inſtrumẽtis ꝑliandum
eſt cõtra ipſũ gigantẽ inferna
lẽ. Certe cũ quinqꝫ lapidib⁹.i.
cũ recordatione plagarũ cor-
poris xpi ⁊ cũ baculo crucis.
Unde canit eccłia. Ecce lignũ
fugite partes aduerſe. Itẽ ali
bi orat dicens. Per ſignũ cru
cis libera nos deus noſter de
inimicis nřis. Solẽt eñi ho-
mines magnas pegrinatiões
facturi aſſumere baculos ad
ſe ꝓtegendum contra aduerſa
queqꝫ ſiue rapidos canes ſiue
latrones ⁊ huiuſmodi. Ita ⁊
ex quo datũ eſt alicui catholi
co hoc ſacramẽtũ ſolet coram
eo relinqui ſignũ crucis cum
aqua bñdicta vt ſe tueaꝛ a de
monib⁹ q̃ in paſſagio huius
mũdi ad celũ inuaſuri ſũt eũ
Hũc aũt baculũ valde ꝑtimeſ
cũt demones aĩaduertẽtes ꝙ
cũ illo ſemel cõfuſibiliter de-
uicti ſunt ⁊ ideo nõ audẽt ita
faciliter appropinq̃re moriẽ
ti. Nichilominus ſuꝑbus ille
goliath.i. quilibet malignus
ſpũs accedens ad tentandum
ipſum morientẽ ⁊ a longe cõ-
ſpiciens ipſũ baculum crucis
prope decũbẽtem deſpectiue

loquitur dicēs. Nūquid ego canis ſū qr tu venis cū baculo pugnatur⁹ cōtra me. At vero moriēs de dei maxima miſericordia cōfidēs audacter debet ei rñdere. Tu venis ad me cū gladio: haſta: ⁊ clipeo. i. cū maxia arrogantia vt me terreas: ego autē venio ad te in noie domini exercituū: quaſi dicat. Ego qdē nō confido in propria virtute qr dñs de ꝓpria virtute gloriātes queād modū facis: hūiliat confido aūt in funda ⁊ lapide. i. in merito paſſiōis dñi mei ieſu xp̄i. Et ideo venio ad te in nomine dñi. i. inſignitus ſigno ſancte trinitatis in ſuſceptione ſacramēti extreme vnctionis: ⁊ ideo confido ꝙ dñs dabit te hodie in manu mea. i. dabit michi virtutē vt poſſim preualere contra omnes tentationes tuas ⁊ verſutias. Sic igitur inſignitus moriēs ⁊ in cōfeſſione dñi pſeuerās hoſtem ſuperat antiquum.

¶ Secūdo iſtud ſecretū aperitur claue auctoritatiue ꝓbationis. Nā dñs loquēs de dauid. In perſona cuiuſlibet catholici qui hoc ſacramētū deuote ſuſcepit. dicit ſic Pſal. lxxxviii. Inueni dauid ſeruū meū. i. quēlibet deuotū catholicū: oleo ſancto meo. i. ſacramento extreme vnctiōis cui⁹ materia eſt oleū oliuarū ab Epiſcopo cōſecratum tali inꝗ oleo vnxi eum: ſcʒ interius gratiā ⁊ miaʒ ſibi dādo de nouo vl' piorē augēdo. Itē reliqas pctōꝝ remiſſoꝝ abolēdo Itē ornatū quēdam in anima cauſando. Et ideo āmodo vſꝙ ad vite terminū man⁹ mea. i. virtus ⁊ poteſtas mea que magna eſt ⁊ cōtra quā nichil poteſt preualere. auxiliabitur ei: vt poſſit cunctanter reſiſtere oībus aduerſariis ſuis: et brachium meū: qđ idem ſignificat ſicut man⁹ in ꝓpoſito cōfirmabit eū. i. cōſeruabit in ſācto ſuo propoſito adeo ꝙ nichil ꝓficiet inimic⁹. i. diabolus qui anthono. dicitur hominis inimic⁹: in eo tanꝗ ſi aperte diceret ꝙ diabol⁹ non poterit talem trahere in deſperationē ⁊ fili⁹ iniquitatis qui idē ꝙ inimic⁹: non apponet nocere ei: aiam e⁹ i exitu a corpore rapiēdo ⁊ ad infernū trahendo. Sed concidam a facie ipſius ſcʒ morientis. inimicos e⁹. i. quotquot demones ibi accurrūt concidā. i. ſimul cadere faciā vt nō poſſint illi preualere ꝗ'ſicūꝗ robuſtiſſimi ſint ⁊ fortes: ⁊ tandem in exitu aie illius a corpore: odientes eū ſupple demones in fugā cōuertā vt nō poſſint illi precludere viā aſcendēdi in celum. Sed veritas mea ꝗ ꝓmiſi me ſemꝑ ꝓpiciū peccatori penitenti ſm illud Eche. xviii. In quacūꝗ hora inge

muerit peccator olm iniquitatum.&c.et mia mea que libenbenter ſuſcipit oēm vere penitētem erit ſup.cū ipſo qui ſcʒ ſic fideliter ꝛ catholice decedit Et i noīe meo.i.in ꝟtute ꝛ potentia noīs mei exaltabit cornu eiꝰ.i.ſpūs eiꝰ quo debellauit aereas poteſtates illis reſiſtendo exaltabit inꝗ in gl'ia celeſti. Ecce quid prodeſt deuota huius ſacramenti ſuſceptio. Sed vlterius pro maiori elucidatione ꝛ finali concluſione huius materie hic inſeruntur tres veritates.

S ¶ Prima igitur veritas. Melius eſt ceteris paribꝰ ſuſcipere hoc ſacramētum a meliori miniſtro ꝙ ab eo qui ſub iacet peccato. Patet ſic:nam forma huiꝰ ſacramenti eſt oratio deprecatiua. Dicit eni ſacerdos. Per iſtam vnctiōem et ſuam piiſſimā miam indulgeat tibi dn̄s quicqd deliquiſti per viſum In noīe patris et filij ꝛ ſpūſſancti amen. Eandem formā repetēs ad aures: ad nares:et ſic de ſingulis ſenſibus corporis. Quam quidem formā nobis tradidit beatus Gregorius : et eam cōiter obſeruat eccleſia. Licet aliam dederit Ambroſiꝰ que eſt indicatiua:que talis eſt. Ungo iſtos oculos In noīe patris.&c. Modo ſic eſt ꝙ oratio q̄ porrigitur a meliori miniſtro facilius exauditur. Unde.i.q.i. ipſi ſacerdotes dicitur ſic. Sacerdotes q̄to digniores fuerint, tāto faciliꝰ ī neceſſitatibꝰ ꝓ qbꝰ clamāt exaudiunt:igit.

T ¶ Secunda veritas. Illi valet ſacra vnctio qui catholice moritur inter manꝰ inungētis q̄uis non inunctis ſingulis mēbris. Hoc expreſſe tenet dn̄s Petrus de palude in iiij.ſenten.di.xxiij. Et poſt eū dn̄s Antho.in.iij.parte ſumme ſue ti.xiiij. Patet hec veritas. Nam talis fecit ꝙ potuit Inſuper cū hoc applicatū eſt ſibi hoc ſacramētum q̄uis nō ad ſingula mēbra que ſolēt inungi:igitur talis recipiet totum effectum ipſiꝰ ſacramēti.

T ¶ Tertia veritas. Probabile ſatis eſt āgelos a deo ſpecialiter mitti ad eū qui deuote ſuſcipit hoc ſacramētum vt eum tueātur a malignis ſpiritibus : et tandem eiꝰ animam ſuppoſita cōdigna ſatiſfactione perducant ad celeſtem gloriam cum hymnis ꝛ laudibꝰ. Ad quā gloriam nos perducat qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Expliciunt ſermones de aduentu dn̄i intitulati de ſecretis ſecretoꝝ editi per fratrem Guillermum pepin:conuētus Ebroiceñ.ordinis fratrū p̄dicatoꝝ. Anno dn̄i.M.cccccxi. Ad laudem gloriam et honorem dn̄i noſtri Jeſu chriſti.

TE rogatū habere velim
quiſquis hoc nr̄m opu-
ſculum legeris: quatenus no
ſtram prolixitatem patienter
feras. Hoc etenī egimus vt de
multis ineptis et ineruditis
haud dubito noſtris eloquijs
vtiliora tibi carperes. Non
abſre aſit dixi hec noſtra elo-
quia inerudita tanꝙ infirmi-
tatis ꝓprie cōſcij. Etenī ſi me
examiſaris, nichil inuenies ni
ſi tenue humile ⁊ anguſtum.
Nēpe benigne mecum agitur
ſi modo inter ſtudioſoꝝ ordi
nes annumerer habet equidē
docti nomen quiddam aliud:
qđ alijs peculiare michi tam
grandia conueniunt minime:
maxime cū eoꝝ que in littera
rum ſtudijs ſunt precipua: ni
chil non ſolum exploratū ha-
beam: ſed neqꝫ etiam niſi i cor
tice viderim: ſitqꝫ demum (vt
dicam paucis) Socratis ſentē
tiā repetēs: vt nichil me ſcire
ſciā: niſi hoc ipm̄ ꝙ nichil ſcio
¶ Titulus ergo libelli preſen
tis eſt de ſecretis ſecretorum:
quem idcirco tali volui voca-
bulo ſuperſcribi: qm̄ in eo tra
ctatur tum de dn̄ica incarna-
tione: tum de ſacramētis eccle
ſie xp̄iane. Que quidem duo
inter cetera fidei orthodoxe my
ſteria ſecretoꝝ nomen non in
iuſte ſibi vendicant.

¶ Et quoniam occurrũt aliqua feſta tẽpore aduẽtus: ſuccedũt ſimiliter feſta natalia: ideo pro mea mediocritate de eiſdem aliqua inſerere dignum duxi p̃nti operi. Que ergo ſequũtur poterũt dici loco tertij libri qui dicitur ſanctificatiõis ſacramentalis: illo libro pretermiſſo pro quolibet die feſto.

¶ De beato Andrea apoſtolo Sermo.

Vidi librum ſcriptũ intus ⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptem Apocal. v. Tertius liber quem vidit Johãnes ẽ liber deſcriptiõis hiſtorialis: in quo nobis traditur ⁊ declaratur q̃ ſancta fuerit vita et q̃ precioſa mors in cõſpectu dñi diui apoſtoli Andree: cuiꝰ hodie ſolẽnia celebrat plebs fidelis per mundum vniuerſum. De cuiꝰ vocatione loq̃tur Augu. epiſtola ſcḋa ad voluſianũ Jta dicẽs xp̃s Jeſus Petrum et Andream fratrẽ eiꝰ et alios per quos operatꝰ eſt ſalutem in medio terre: non de foro iuſtiniani ſed de ſimplicitate piſcatoꝝ legitur aſſumpſiſſe. Jnflat em̃ ſapiẽtia huius mundi et legum ventoſa loquacitas. Elegit em̃ non reges: non ſenatores: nõ philoſophos, ſed plebeios pauperes indoctos piſcatores ineruditos liberalibꝰ diſciplinis. Non peritos grãmatica: non armatos dyaſectica: non inflatos rhetorica ſed piſcatores cũ rethibꝰ fidei hec ille. Sed vt intremꝰ ipſam hiſtoriam aduertẽdum q̃ predictus liber ſignatus eſt ſigillis ſeptem que ſunt:

- Proficiendi auiditas.
- Apoſtolatus primitas.
- Fraternalis charitas.
- Vocationis facilitas.
- Firma fiducialitas.
- Peccãtium cõpatibilitas.
- Cruciatuũ tollerabilitas.

¶ Primum igitur ſigillũ dicitur ꝓficiẽdi auiditas. Nam ab ineunte etate inerat cordi huiꝰ apl̃i deſideriũ ꝓficiendi in via dñi. Et ob hanc cauſam frequẽtare ſolebat predicationem beati Johis baptiſte ĩ deſerto qui hãc viã oſtẽdebat cũ dicebat. Penitẽtiam agite appropinquabit regnum celoꝝ. Mat. iij. Jtem cũ dicebat Johã. i. Ego vox clamãtis in deſerto: parate viam dñi ſicut dicit Eſaias ꝓpheta: ſcꝫ. xl. cap. Jtem cõtra obſtinatos peccatores q̇ per hanc viã pñie incedere nolebãt clamabat ipe Johẽs Math. iij. di. O ꝓgenies viperarũ quis docebit vos fugere a ventura ira. Hec igitur et his ſiſa aure nõ ſurda aduertens btũs Andreas ſemel totus reſolutus ĩ lamẽtis propius acceſſit ad beatũ Johẽm

et ad pedes ſuos ſe proſternēs dñi cū inſtātia petiuit eī' diſcipul' fieri. Quo benigne in oſculo ſacto a iohāne recepto ſtuduit q̄tum potuit ſe illi cō formare. Tum in vite auſteritate: mel ſylueſtre pro cibo comedēs. Tum in veſtiū vilitate: de pilis cameloꝝ carnē ſuā cooperiēs. Tum in loci ſolitudine: in deſerto ꝑ parte tēporis cōmorās: et ſup nudam humū dormiēs. Ecce q̄d egit vir dei vt haberet celum. Nos aūt iſta abhorrem' : et ſi qñq̄ cū admiratione audim', imitari tñ nolum' : etiā q̄tūcūq̄ alonge: ſed delicate paſci volum': et mollib' veſtiri. Ideo non mirū ſi multi non ſequātur eum in celū. Hic ergo xp̄i ap̄lus tantū in via dñi ꝑfecit q̄ in breui oēs Johis diſcipulos q̄ plurimi erāt in omni vite ꝑfectiōe ſuperauit. In cui' rei teſtioniū cū ceteri diſcipl'i Johis nimiū ꝛ indiſcrete aſpirarēt ad honorē magri ſui adeo vt inuiderēt xp̄o ꝛ dicerēt Johāni. Rabi q̄ erat tecū trās Jordanē cui teſtioniū ꝑhibuiſti: ecce hic baptiſat ꝛ oēs veniūt ad eū Jo.iij. Sup quo dt glo. interl. q̄ hoc dicebāt diſcipuli Johis ex indiſcreto zelo quē gerebāt ad ip̄m: et ex inuidia quā habebāt aduerſus xp̄z quē credebāt minorē iohāne. Hic tñ ap̄ls Andreas non ſic indiſcrete zelabat: quinimo cū audiſſet a Joh. demōſtrāte xp̄z trāſeūtē digito. Ecce agn' dei ptin' accepta ab eo licētia et vale dicēs ſecut' eſt xp̄m tanq̄ maiorē: et vere ſic erat. Audierat ſiq̄dē a magr̄o ſuo de xp̄o. Illū opꝫ creſcere, me aūt minui. Jo.iij. Itē alibi. Hic eſt cui' nō ſum dign' coꝛ.cal.ſ. Eiuſdē.i. Q' ſi q̄ras q̄re Andreas p̄io adheſit iohāni potius q̄ xp̄o Rñſio q2 fama ioh. diuulgata erat ꝑ vniuerſam iudeā et galileā: et oēs currebāt ad eū: in tātū q̄ magni viri credebāt eū eē meſſiā. vñ Jo.i. ſcribit q̄ miſerūt ſcribe ꝛ phariſei ſacerdotes ꝛ leuitas ad Johēm vt interrogarēt eum. Tu quis es?

¶ Moral'r exēplo bti Andree inſtruimur cito ꝯuerti ad dñz et intrare i flore nr̄e iuuētutis deſertū pnīe: q2 vt h̄r Treñ.iij. Bonū erit viro cū portauerit iugum dñi ab adoleſcētia ſua. Item Eccl'. v. Ne tardes cōuerti ad dñz: et ne differas de. ꝛc. Et hui' ratio aſſignat̄ ꝓuerb. xxij. q̄ adoleſcēs ābulās iuxta viā ſuā etiā cū ſenuerit nō recedet ab ea. Uel dic q̄ per hāc hiſtoriā moral'r inſtruimur q̄tū poſſum' ſequi cōſortia bonoꝝ ꝛ vitare ſūmope ſocietatem maloꝝ: q2 vt h̄r ꝓuerb. xiij. Qui cū ſapiētib' gradit̄ ſapiēs erit amicus ſtultoꝝ ſilis efficitur. Itē i p̄o. Cū ſctō ſctūs eris: et cū p.p. Et poeta. Cū bōis ambula. Ut ei dī. xxviij.q.i. Sepe

maloꝝ. Sepe maloꝝ cōſortia bonos corrūpunt: q̄tomagis eos q̄ ad vitia pni ſūt? hec ibi. Itē, xxiij. q. iiij. q̄ſqs. Quo in corrupt⁹ poteris ꝑmanere q̄ cor ruptis sociaris? Et oīm iſtoꝝ rō ē: q2 vt dt Sen. li. iij. de ira. Sumunt a cōuerſātib⁹ mores Sequamur igr̄ cōgregatiōes ſctās exēplo apl'i ādree: ſm q̄ cōſulit ip̄e Sen. in quadā ep̄la ad Lucilliū di. Cū his ꝯuerſa re q̄ te meliorē facturi ſunt.

¶ Scōm ſigillū hui⁹ li. vocat aplat⁹ ꝑmitas. Magna q̄ppe glia eſt btō Stepha. q̄ āte oēs apl'os regna celoꝝ itrare me ruerit: et ad dexterā p̄ris filiū videre. Sic ꝛ magn⁹ honor eſt btō Andree q̄ fuerit āte ceł'os apl'os a xp̄o vocat⁹. Et q̄ ita ſit pꝫ intuēti illū textū Jo. i. Ubi expſſe legit q̄ cū ſemel ſta ret cū magr̄o ſuo iohāne bap. ꝛ int'rogaret eū qn̄ ſibi viſibilr ꝯſideret xp̄z de q̄ tot ꝛ tāta lau de digna ab ip̄o freq̄nt audie rat: ecce ſubito trāſiuit āte eos ip̄e xp̄s: ſol⁹ tn̄ et pedib⁹ ince dēs nūdū ei apl'os ſuos voca uerat. Quo viſo Johēs flexis genibus eū adorauit ꝛ digito demōſtrauit dicēs ad Andreā Ecce agn⁹ dei. Et vere agnus q2 tot⁹ mitis ꝛ māſuet⁹. Uere agnus: q2 tot⁹ innocēs ꝛ ſine macula. Uere agn⁹: q2 pro no bis i cruce imolat⁹. Hoc igit Johis teſtionio de xp̄o audi to, ſubito Andreas interuil luminat⁹ et p gr̄am dei tract⁹ ſm illō ps. Dabit voci ſue vo cē v̄tutis. ſecut⁹ eſt redēptorē eterna premia largiētē: vnacū alio diſcipulo Johis q̄ credit ſm expoſitores fuiſſe iohānes euāgeliſta. Cūq3 ad ip̄m ꝑue niſſent interrogauerūt eū di. Rabi: vbi habitas? Quib⁹ ait xp̄s. Uenite ꝛ videte. Et māſe runt cū eo die illo. Hora autē erat q̄ſi decia ſcꝫ de ſero. vnde Aug. ſup Jo. O q̄ (inqt) btām noctē duxerūt tunc Andreas et Johēs. Quis eſt q̄ nobis di cat que et q̄ta archana audie rūt illi a dn̄o? Tūc ꝗ delecta tus i verbis mellifluis xp̄i ip̄e Andreas vtiq3 dicere poterat illō Cāti. ij. Sonet vox tua in aurib⁹ meis: vox eī tua dulcis et facies tua decora. Si eīn re gina Saba vehemēter delecta ta eſt audire ſapiām Salomo nis, ita vt vltra non hr̄et ſpm̄ vt hr̄. iij. Re. x. Quātomagis btūs Andreas delectabat au dire ſapiam filij dei: loquētis nō quidē de terrenis aut cadu cis ſꝫ de celeſtibus ꝛ et'nis.

¶ Sꝫ forſan queret q̄ſpiā q̄uo recte dr̄ andreas tenuiſſe inter apl'os aplat⁹ ꝑmitatē maxīe cū xp̄s dixerit petro. Tu vocabe ris cephas. i. caput Jo. i. Iter Mat. x. vbi enūerātur xij. apl'i petr⁹ p̄io loco ponit. Rn̄ſio. Petr⁹ inter apl'os tenuit pri matū dignitatis: ādreas aūt frater ei⁹ p2imatū antiq̄tatis

ſeu tpis eo ꝙ prio vocat⁹ ſit vt dicet in ſequēti ſigillo.

¶ Tertiū ſigillū dr fraternalis charitas. Poſtq̄ eñ andreas inuenit dñm ꝛ ab eo fuit abūdātiſſime inſtruct⁹ non fuit cōtentus niſi cōſortē tanti boni faceret frēm ſuum petrū. Nā vt habet Jo.j. Poſt ꝙ inuenit ipm xp̄z ꝛ cū eo mā ſit nocte vna: mane facto velociter venit ad ſymonē fratrē ſuū ꝛ dixit ei. inuenimus meſſiā qđ eſt interp̄tatū xp̄us Et adduxit eū ad ieſum. Super quo dr glo. ordi. ꝙ vera pietas ſtatim iuētū theſaurū fratri indicat vt ſicut eſt ſanguine: ſit ꝛ germanus in fide. Itē beda in Ome. Hoc inquit eſt vere dñm inuenire: vera illi⁹ dilectiōe feruere: fraterne quoq; ſalutis curā gerere. Ille etenim pfecte cōditoris ſui ducatū ſequit: qui etiam proximi q̄tū poteſt habere comitatū nititur. Hec ille. O q̄tū igitur fres mei debet petrus andreā fratrē ſuū diligere p quē meruit xp̄m iuenire. O q̄ti meriti eſt andreas apud deū: q̄ cōuertere meruit principē aploꝝ. ¶ Moraliter p hoc inſtruimur alioꝝ ſalutē poſt nr̄am pcurare ꝛ eos tum verbo: tū exēplo ad xp̄m trahere: vt parentes: filios: dñi: ſeruos: p̄lati ſubditos ꝛ huiuſmodi: q2 vt habet Eccleſi. xvij. Unicuiq; mandauit deus de proximo ſuo. Et q̄uis circa oim ſalutē debeam⁹ eſſe ſolliciti p maxie tñ circa ſalutē ꝛ pfectū ſpūalē amicoꝝ ꝛ cōſanguineoꝝ nr̄oꝝ intenti eſſe debem⁹ exēplo ipſius beati andree. Un̄ contra iſtud negligentes loquit paulus .j. Thi.v.di. Si quis ſuorum ꝛ maxime domeſticoꝝ curā nō habet fidem negauit ꝛ in fide illi deterior. Quđ ꝟbū nō ſolū intelligit de cura temporali verum etiam ſpirituali.

¶ Quartū ſigillū vocat vocatiōis facilitas. Facilime eñ btūs ādreas vocat⁹ ē a xp̄o q2 ad ſolā vocē ſimplicē ſecutus eſt eū nec ſe excuſauit aut dilationē petiuit. Un̄ Math. iiij. legit. ꝙ ābulans ieſus iuxta mare galilee vidit petrū ꝛ andream frēm ei⁹ mittētes rete in mare. Et ait illis. Uenite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum. O inuitatio gratioſa: q2 vēite poſt me. O dignitas officioſa: q2 faciā vos fieri piſcatores hominū. O vocatio fructuoſa: q2 relictis retib⁹ ſecuti ſūt eū. Potuit ĝ xp̄s de vtroq; frē ſigillatim dicere illud Pſal. In auditu auris obediuit michi. Unde. Re. in omelia. Unius diei dicit ſic. Audiſtis fratres cariſſimi q2 ad vnius iuſſionis vocem petrus ꝛ andreas relictis retib⁹ ſecuti ſūt redēptorē. Nulla ꝟo hūc facere

adhuc miracula viderāt nihil ab eo de premio eterne retributionis audierāt et tamē ad vnuz dñi preceptū hoc qđ poſſidere videbantur obliti ſunt. Deinde reprimit modernorū ꝑtinatiā di. Quanta nos miracula vidim⁹: quot flagellis affligimur: q̄tis minarū aſperitatibus deterremur ⁊ tamē vocantē ſequi contemnimus. Sed fortaſſe inq̄t ipſe Gre. aliq̄s tacitis cogitatiōib⁹ apud ſe dicit. Ad vocem dñicā vterq; piſcator q̄d aut q̄tuz dimiſit: qui pene nihil habuit? Sz hac in re fratres chariſſimi affectū potius debemus penſare q̄ cenſum. Multū reliquit: qui ſibi nihil retinuit. Multū reliquit qui q̄tūlibet paruuz totum deſeruit. Certe nos et habita cū amore poſſidemus ⁊ ea que minime habemus ex deſiderio querim⁹. Multū ergo Petrus et andreas dimiſit: q2 vterq; etiā deſideria habendi dereliquit. Hec Grego.

¶ Moraliter ꝑ hoc q̄ tā faciliter ſine mora tractus eſt Andreas a chriſto inſtruimur debere defacili obtēperare diuine inſpiratiōi vocāti nos ſiue ad pñiam: ſiue ad ſcłi deſertionē: ſiue ad quodcūq; op⁹ piuz et ſctm̄. O igit̄ miſeri pctōres hodie ſi vocē eius au. nol. ob. cor. veſt. Juxta tn̄ vocationez btī Andree aduertēdū q̄ q̄tū ad ꝓpoſituz ſufficit bis a xp̄o vocat⁹ eſt. Primo quidē ad noticiā: de qua vocatione habet̄ Joh. j. Scđo ꝟo ad apłatum. Mat. iiij. qñ ſcz relictis rethibus ſecutus eſt xp̄z. Poſt primā vocationē rediit ad piſcationem: nō aūt poſt ſcđam. Et ideo quo ad illā primā vocationez ſignificat imꝑfectos: q̄ ſepe redeūt ad vomitū: q̄ ſignificātur per vxorē Loth que reſpexit retro: et ideo punita eſt q2 in ſtatuā ſalis mox conuerſa fuit. Geñ. xix. Tales aūt repħendit xp̄s et cōdēnat. Lu. ix. dicēs. Nemo mittens manuz ad aratrum et reſpiciēs retro aptus eſt regno dei. Quātuz ꝟo ad ſecundā vocationē ſignificat viros ꝑfectos q̄ ꝑſeuerant in bono qđ inceperūt eūtes de ꝟtute in virtutē: ⁊ đ bono in melius. Et hi ſm̄ Greg. ſup Ezechielē. i. c. ſignificātur ꝑ aīalia que gradiebātur ante facies ſuas: et nō reuertebant̄.

¶ Quītū ſigillū vocat̄ firma fiducialitas. Inter ceteros nēpe apłos iſte videt̄ habuiſſe firmā fiduciā in oīpotentia mgr̄i ſui xp̄i: qđ p3 ſic. Legit̄ eñ Jo. vj. q̄ cū xp̄s cōferret cū diſciplis ſuis de turba paſcenda q̄ eū ſequebat̄: et inter ceteros interrogaſſet philippum R̄ndit ei ducētorū denariorū panes nō ſufficerēt. ⁊c. Tandē Andreas fr̄ ſymonis petri nō interrogat⁹: ſ3 fiducia plen⁹ q2 credebat xp̄m oīpotentē

dicit. Eſt puer vnꝰ hic qui habet quinq; panes ordeaceos ꝛ duos piſces. Sed hec quid ſunt inter tātos.q.d. Iſta nō ſufficiunt via humana ad ſuſtentationē multitudinis huius: ſed in conſpectu tuo dñe qui de paucis granis ſegetes multiplicas vtiq; ſufficiūt ſicut poſtea rei probauit euētꝰ

¶ Moralit̄ p hoc inſtruimur ꝙ debemꝰ firmā fiduciā habere ad deū in nr̄is neceſſitatibus tā tempalibus ꝙ corporalibus ꝛ ſpūalibꝰ. Vñ Pſal. Iacta cogitatū tuū in dño ꝛ ipſe te enutriet. Si em̄ dat eſcā omni carni.i.aīalibus brutis ꝛ pullis coruoꝝ inuocantibꝰ eum. Multo magis ſubueniet hoībus ſperantibꝰ in eum. Propterea ſapiēs nos admonet Eccle.ij: dicēs. Reſpicite filii natiōes hoim ꝛ ſcitote qꝛ nullꝰ ſperauit in dño ꝛ cōfuſus eſt. Et apl's. Ro.v. Spes nō cōfundit. Item Pſal. Iunior fui etenim ſenui ꝛ nō vidi iuſtū derelictū ſꝫ ſimpliciter ꝙuis ad tēpus bū pmittat eū dñs tribulari. Vel dic ꝙ ſicut diuus apl's Andreas habuit firmā fiduciā ad xp̄m. Ita ꝛ nos hodie poſt xp̄m ꝛ beatam virginē poſſumꝰ aliqualiter ponere ſpē ꝛ fiduciā nr̄am in eū. Ita ꝙ ſi fuerimꝰ illi deuoti, firmiter poterimꝰ cōfidere ꝙ ſuis meritis ꝛ precibꝰ impetrabit nobis aditū ad deū. Ipſe em̄ eſt quaſi portarius xp̄i. In cuiꝰ rei ſignū legitur Io.xij.ꝙ ꝗdā gētiles venerūt ad Philippū ꝛ dixerunt ei. Volumꝰ ieſum videre. venit Philippꝰ ꝛ dīt Andree. Tādē Andreas ꝛ Philippus dixerūt hec xp̄o. Patet ergo ꝙ Philippus non erat auſꝰ accedere ad xp̄m abſq; Andrea. Si ergo apl'i eum apud xp̄m mediatorē habuerūt atq; interceſſorē ꝙto magis nos tātilli hoīes ꝛ miſeri peccatores eū reuereri debemus ꝛ i patronū eligere Iob v. Ad aliquē ſanctoꝝ cōuertere. Sed qui ſancti niſi apl'i: inter quos in multis preeminet btūs Andreas qui denotatur perly aliquem.

¶ Sextū ſigillū ēt peccantium ꝛ errantiū cōpatibilitas Singulare nēpe dei donū eſt ſcire cōpati infirmitatibꝰ alioꝝ tā corpalibꝰ ꝙ ſpūalibus. Vñ ꝛ dicebat Paulus. Quis infirmatur ꝛ ego nō infirmor Hoc aūt donū habuit beatus Andreas ita vt merito dicere poſſet illud Pſal. Defectio tenuit me p pctōꝛibꝰ derelinquētibus legē tuā. Iſtud patuit qñ tm̄ fleuit ꝛ laborauit p emendatiōe illiꝰ pauperis pctōꝛis Nicolai de quo legit̄ in legenda lōbardica ꝙ acceſſit ad ipſum di. Dñe ecce iam lxx.anni vite mee ſūt in ꝗbus ſemper luxurie deſeruiui: ꝛ ac

cepi euãgeliũ ſancti Mathei orans dñm vt a mõ michi cõtinẽtiã largiref. Sz i ipo pctõ iueterat⁹ ſtatim ad o p⁹ſolitũ reuertebar. Quadã igif vice cõcuptã illect⁹ oblit⁹ euãgeliũ qđ ſupme poſuerã ad lupanar ꝑrexi Quo me igrediẽte mox clamauit meretrix di. Egredere egredere ſenex qꝛ video ſup te dei magnalia. Quã cũ audiſſẽ ⁊ ſtuperẽ reuolui mecum habere dictũ euangeliũ. Nũc ergo vir dei te depcorvt ꝑ mea ſalute itercedas. Quẽ cũ audiſſꝫ btũs Andreas ⁊ valde ꝯpũctũ vidiſſet poſuit ſe in orõne ⁊ cũ lachꝛymis ⁊ ieiunijs mirabilib⁹ impetrauit ꝑ eo miam a dño. Nã tandẽ facta eſt vox ad eũ di. Optines andrea ꝑ ſene: ſed ſicut te ieiunijs ꝑ eo afflixiſti: ſic ⁊ ipe ſe affligat. Quod ⁊ fecit. Nã ꝑ ſex mẽſes ieiunauit in pane ⁊ aqua: ⁊ ſic ſpm̃ dño feliciter reddidit. Quo mortuo venit vox ad Andreã que diceret. Per orõnẽ tuã acquiſiui nicolaũ quẽ ꝑdiderã. Ecce qũo xp̃i apl̃s pietate et charitate ad ꝓximũ plen⁹ extitit. Huic hyſtoꝛie alludit alia q̃ in eadẽ legẽda habetur vcꝫ de quodã Epiſcopo viro ſancto cui apparuit demõ i ſpecie pulcherrime mulieris. Sed medio beati andree ab eo liberatus eſt. Qui ergo temptanf a carne debẽt ad hũc virũ dei recurrere ⁊ hũiliter eius auxilium implorare precipue autẽ ⁊ añ oĩa debẽt ad dñm recurrere quia vt dicitur Sapien. octauo. Nemo põt eſſe continens niſi de⁹ det: ſcꝫ ipſam cõtinentiam.

¶ Septimũ ſigillũ vocatur cruciatuũ tollerabilitas. Cõmune enim ⁊ gñale eſt oĩbus amicis dei multa aduerſa et dura pati in p̄ſenti: ſm illud ij. Thi. iij. Om̃es q̇ pie volũt viuere in xp̃o pſecutionẽ paciẽtur. Itẽ Act. xiiij. p multas tribulatiões opoꝛtet nos introire in regnũ dei. Et iſtd eſt qđ p̄dixit xp̃s ſuis apl̄is Jo. xv. dicẽs. Si me perſecuti ſũt ſuꝑple iudei ⁊ maligni homines ⁊ vos pſequẽtur. Item eiuſdẽ. xvj. In mũdo preſſurã habebitis in me aũt pacẽ. Et ꝑfecto iſtud ꝑmaxime fuit adipletũ in beato Andꝛea q̇ multos ⁊ diros cruciat⁹ perpeſſus eſt. Nãpe ob fidei predicationẽ ⁊ defenſionẽ primo apud magundiã ciuitatẽ ligatus violenter per plateas ciuitatis ptrahitur. Demũ in achaiã ꝓuinciã ꝓficiſcens venit in ciuitatem cui nomẽ patras cui p̄erat quidã romanus cui nomẽ egeas qui ob fidei predicationẽ fecit eũ a tortoꝛibus fuſtibus cedi. Deinde videns ꝙ non proficeret fecit eum cruci affigi per trãſuerſum tamen. Cumqꝫ ad lo-

tum mortis veniſſet flexis ge nib⁹ crucē in qua crucifigēd⁹ erat deuote adorauit dicens. Salue crux p̄cioſa ſuſcipe diſcipulum ei⁹ qui pependit in te magiſter meus chriſt⁹. Securus ⁊ gaudens venio ad te ita ⁊ tu exultās ſuſcipias me. Amator enim tui ſemper fui ⁊ deſideraui te amplecti o bona crux. Accipe itaq; me ab hominibus ⁊ redde me magiſtro meo: vt per te me recipiat qui per te me redemit.

¶ Moraliter per hoc docemur reuereri crucem in quacunq; ſit materia velut ſignū rememoratiuū dominice paſſionis. Sed queri poteſt cur beatus Andreas tantum gaudet cum ad crucis ſupplicium duceret. Reſponſio ex ardenti deſiderio quod habebat diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Ut enim dicit Auguſtin⁹ de verbis domini ſermo: nono. Omnia ſeua ⁊ immania facilia et prope nulla efficit amor ⁊ deſideriū rei cōcupite. Hoc autē declarat multiplici exemplo vt pote de homine qui pmittit ſuam tybiam ſecari pro cōſeruāda vita ad tempus. Itē de milite qui multa ſuſtinet ſpe mercedis. Item de mercatoribus peragrantibus terras ⁊ maria cū maximis periculis et erumnis ſpe lucri. Item de venatoribus qui toto vno die abſq; cibo ⁊ potu currunt poſt predam quam etiam quandoq; non apprehendunt. Propter igit̄ ſpem premii beatus Andreas ibat gaudens ad mortem crucis. Qui cum veniſſet ad locum ſupplicii vltro exuit ſe. Et cōtinuo tortores eum cruci alligauerunt vt ſic longiorem cruciatum reciperet. Populus autem contra egeam clamabat dicens. Innocens ei⁹ ſanguis ſine cauſa dānatur. Ne interficias hominem deo charum ſanctum iuſtum māſuetum ⁊ pium. Unde ad clamorem populi voluit egeas eum de cruce deponere: ſed nō permiſit ap̄ls di. ſe iam videre regem ſuum xp̄m in celis eum expectantē. Sicq; biduo viuens pependit in cruce docendo populum. Unde. xx. milia cōuerſi ſunt ad fidem. Tādem ergo reddidit ſpiritum inter manus ſanctorū angelorum. Egeas vero cum rediret iu ciuitatē a demonio arreptus corā oībus miſerabiliter expirauit. Maximilla vo vxor ei⁹ q̄ fuerat ad p̄dicationē ap̄li conuerſa tulit corpus ap̄li ⁊ ip̄m honorifice ſepeliuit: de cui⁹ ſepulchro aiūt q̄dam māna in modū farine ⁊ oleum cum ſuauiſſimo odore emanare. Quātū aūt ad gen⁹ mortis imitat⁹ eſt xp̄m ī hoc q̄ crucifix⁹ eſt: ſed in hoc fuit diſparitas q: xp̄s clauis fuit

affixus: hic vero funib⁹ ligat⁹ Scdo qꝛ xp̄s fuit in cruce erectus: hic vero tranſuerſus: petrus aũt frater ei⁹ reuerſ⁹. Unde canit Eccle. Beat⁹ andreas xp̄i diſcipul⁹ german⁹ petri: et in paſſione soci⁹. Conuenienter ergo fuit crucifixus in trāſuerſum vt ſcʒ manum dextrā porrigeret ad xp̄m petens ab eo auxiliū aſcēdēdi in celum: Siniſtrā vero ad Petrum petens ſibi aperiri regnū celoꝝ. Quod nobis concedat. ꝛc.

¶ Sermo de. b. Barbara.

Uidi librum ſcriptū int⁹ ꝛ foris ſignatū ſigillis ſeptem Apoca. v. Tertius liber quē vidit btūs Johēs dꝛ liber deſcriptiōis hiſtorialis i quo nobis deſcribitur angelica vita ꝛ paſſio glioſa xp̄i ſpōſe barbare. Pro quo p̄mittēdum ꝙ virginitas multū deo placet. vñ Ambro. lib. de ꝟgitate dicit ſic. Pulchritudinē quis pōt maiorē eſtimare ꝟgis de core que amat a rege: pbatur a iudice: dedicat dño. Hic ergo liber ſignat⁹ eſt ſigillis ſeptem: per que intelligūtur virtutes: ſcʒ tres theologice et q̄tuor cardinales ſeu morales: qb⁹ ſignata fuit mēs hu⁹ ꝟgis ¶ Primū igitur ſigillū dꝛ fidei illuſtratio. Dicit em̄ Paulus Heb. xi. ꝙ ſine fide impoſſibile eſt placere deo; Qñ ibidē pbat inductiue de mltis ſctis dei amicis oſtēdēs qūo p fidē placuerūt deo. Eſt ḡ fidei illuſtratio ad ſalutē perneceſſaria qꝛ vt p̄mittit idem Paulus i p̄eo. ca. Fides eſt ſperādaꝝ ſubſtātia reꝝ argumētū nō apparētiū. Non ei aliter dꝛ xp̄s illuiare oēm hoiem venietem in hūc mūdum vt habet Jo. i. niſi qꝛ fidē oīm credēti infundit p quā illuiatur intellect⁹ ad capiēdū credēda: ſm illud Act. xv. Fide purificās corda eoꝝ. Propterea Chryſo. ſup Mat. xxv. c. cōparat fidē lāpadi dicēs ꝙ ſicut lāpas illuiat domū de nocte: ita ꝛ fides illuminat aīam i nocte hu⁹ mundi. Tali itaqꝫ fidei lumine fuit diuinit⁹ illuſtrata beata Barbara. Qd patuit i hoc ꝙ iuſſit artificib⁹ vt i noīe ſancte trinitatis tertiam feneſtrā in turri facerent. Pro quo notādum ꝙ hec glorioſa virgo paſſa eſt tempore Diocletiani et Maximiani imperatoꝝ qui regnare ceperūt anno gr̄e. cclxxxvij. Regnauerūt aūt annis. xx. ſub quoꝝ etiā tēpore paſſa eſt beata Katherina et cōplures alij vtriuſqꝫ ſexus hoies. Illo igit in tēpore fuit in ciuitate Nycomedia vir qdā ſm ſeculi faſtum apprime nobilis ꝛ diues noīe Dioſcorus vn icā habens filiā Barbarā noīe ſpecioſam nimis: ſed non tā corpe ꝙ mēte: ita vt de ea dici poſſet illud

Pſal. Omnis gl'ia eius filie regis ſupple eterni: ad intus in fimbrijs aureis circ.var. Hec igitur virgo ſanctiſſima ab ineūte etate dn̄m celi et terre venerabatur: et colebat occulte tamē. Et dū pn̄tes eius q̄ ydolatre erant ducebāt eā in templū ydolorū: vt ea coleret. Ipſa in corde ſuo dicebat. Cōfundantur oēs qui adorant ſculptilia et qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Sz nos xp̄iani inquiebat. Benedicamus patrē et filium cū ſancto ſpi. itu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eū in ſcla. In hoc igitur eſt imitata illos tres pueros: ſydrac midrac et abdenago: q̄ potius elegerūt mortez ignis: q̄ adorare ſtatuam regis Nabugodonoſor Daniel. iij. Quod ſi queras quē preceptorem in lege dn̄i hec virgo habuerit: certe habuit illuz doctorē intrinſecū: qui vbi vult ſpirat: ⁊ quē vult trahit: et qui ſuos docet de oībus. Verū non deſunt qui dicāt hanc virginez p litteras fuiſſe edoctā ab origene: ſicut ⁊ beatā katherinā contemporaneā ſuā. Alij vo dicūt eā fuiſſe inſtructaz et baptiſatam a beato Valētino ſacerdote viro totius ſanctitatis. Vñ propter ſincerā eius fidez meruit a ieſu xp̄o deſponſari ſm illō Oſee. ij. Deſponſabo te michi in fide. Hanc igitur virginem ſacratiſſimā debemus imitari per fidei integritatem et indubietatem.

¶ Scd̄z ſigillū quo ſignatur liber hiſtoriar' beatiſſime barbare dicit ſpei eleuatio. Per ſpem em̄ eleuat humana mēs ſupra ſe ⁊ vſq ad celeſtia facit eam aſcendere: ſm q̄ de iuſtis et electis dicit Sap. iij. Spes illorū immortalitate plena ē. q.d. q̄ ſpes iuſtorū eos eleuat vſq ad celū: vbi eſt plena immortalitas. Unde Grego. li. vi. mora. Spes inqt in eternitatez animū erigit: et idcirco nulla mala que exterius tolerat ſentit. Sic itaq fuit eleuata mēs huius virginis in deū ita vt merito dicē poſſet illud pſal. Spes mea in deo eſt. q.d. Nolo ponere ſpē meā in parētibus et amicis: in tranſitorijs rebus et caducis: in decore corporis: aut in huius ſeculi blandimētis: ſed tm̄ in deo: qui ſpes electorū eſt. Qualit' aūt hoc fecerit videamus. Nā pe cū eſſet patri vnica et ſupſtes heres a multis gn̄oſis iuuenibus poſtulabatur in ſpōſam: tū propter illius incredibilē pulchritudinez: tum propter rerū ſecundarū abundātiā: tum propter ipſius ſapiētiā. Pater vo negotiuz differēs: eo q̄ eius pn̄tiā chariſſimā haberet: ne raperetur cōſtrui fecit ingentez turrim: in qua tute cuſtodire poſſet tantum theſauruz. In qua tantuz

duas feneſtas fieri iuſſit. Sed quum a Maximiano imperatore vocatus eſſet pro expeditione militari opus reliqt infectum et non abſolutum: conſtituens vnuz de famulis ſuis directorez operis. Quo abſente virgo ſanctiſſima poſt multas preces a cementarijs impetrauit tertiam fieri feneſtram in dicta turri intentionem ſuam celans. Opere igit̃ pacto turrim ingreditur: ⁊ expulſis oibus famulis in orationem ſe proſternens cum lachrymis ſuaz pudicitiam domino commendauit dicens illud Pſal. In te domine ſperaui non confundar ineternū ſicut nec mente: ita nec corpore: ſed fiat cor meum ⁊ corpus meum immaculatum: vt non confundar. Et ſurgens ab oratione ſciēs baptiſmum eſſe ſacramentum maxime neceſſitatis ſcd̄m illud Johannis tertio. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto non poteſt intrare regnū. ⁊c. accepit aquā ⁊ ſeipſam ibidem baptiſauit: ſcd̄m ꝙ refert Dominus Anthonius Florentinus in pria. p. cro. t. viii, c. i. §. xv. Quod ſi quis proteruire velit dicens neminem poſſe ſe baptizare: ſed in caſu vbi deeſt copia miniſtri ſufficere ad ſalutem habere baptiſmum in voto: prout plenius habetur extra de baptiſmo, c. Debitum. Ad hoc dicimus: ꝙ illud verum eſt de communi lege ⁊ regulariter. Sed hoc non obſtā te deus qui non alligauit virtutem ſuam ſacramentis: et ꝗ poteſt de illis ordinare prout vult, potuit ex ſpeciali gratia et priuilegio huic virgini committere: vt ſeipſam baptiſaret: videlꝫ in thermis quas in turri fieri fecerat. Quibus pactis pamplius poſuit oēm ſpem ſuam et fiduciā in domino. Et hoc ſignificatum eſt ꝑ turrim illam materialez: que per ſui eleuationem verſus celum ſpem ipſius virginis ad dominum deſignabat.

¶ Moraliter adinſtar huius virginis debemus in preſenti edificare turrim ſancte ſpei: ꝑ quam aſcēdere poterimus ad dominum. In cuius figura legitur Gen. xi. ꝙ filii Noe dixerunt alter ad alterum. Uenite edificemus nobis turrim: cuius culmen pertingat vſqꝫ ad celum. Applicatio eſt facilis.

¶ Tertium ſigillum predicti libri dicitur feruens dei dilectio. Quāuis eni fides et ſpes magna dona dei ſint: maius tamen donuz eſt charitas: vt habetur. j. Cor. xiii. Neqꝫ eni proſunt fides et ſpes: ſi charitas deſit. Teſte Apoſtolo vbi ſupra. Si inquit habuero omnem fidem: ita vt montes trāſferam: charitatez autem non habuero nihil ſum. i. non pro-

derit mihi ad vitam eternam
Et ſimile eſt de ſpe in ordine
ad ipſam charitatem. Unde et
Gregorius in quadam Ome
lia dicit ſic. Queadmodū mul
ti rami arboris ex vna radice
prodeunt: ſic multe virtutes
ex vna charitate generantur.
Beata igitur Barbara nō ſo
luʒ decorata fuit fide et ſpe: ve
rūetiam ſincera charitate ꝛ di
lectione per quam indiſſolu-
biliter adheſit ſponſo ſuo Je-
ſu chriſto: adeo ꝙ neq; minis:
neq; terroribus potuit ab eo
diſſolui: ſeu a confeſſione no-
minis ſui ceſſare. Unde cōfor-
miter ad Apoſtolum Paulū
Ro. viii. ſcribenteʒ dicere po
terat. Certa ſum ꝙ neq; mors
neq; vita: ideſt timor mortis:
aut amor vite poterat me ſe-
parare a charitate dei: que eſt
in chriſto ieſu. Hoc aūt in effe
ctu patuit quandoquidē pa-
tri redeunti de curia impato
ris et interroganti cur tertiā
feneſtraʒ in turri fieri iuſſiſſet
Conſtanter reſpondit id pre-
cepiſſe cementarijs ob reuerē-
tiaʒ ſanctiſſime trinitatis. Ne
q; inqt fides de patre et filio il
luminat domuʒ pectoris niſi
aſſit tertia feneſtra .i. fides de
proceſſione ſpūſſancti ab vtro
q;. Quo audito expauit pa-
ter pre dolore cernēs eā chri-
ſtianā effectā. Deinde reſum-
ptis viribus hortatur eaʒ cuʒ
lachrymis a tali propoſito re
ſilire: innuens ꝙtis periculis
et ſe ꝛ omnē parentelā ſuaʒ ex
ponebat apud impatoreʒ: qui
chriſtianoruʒ nomen valde ex
oſum habebat: et immaniter
vbiq; perſequebatur. Decreue
rat eñi oēs chriſticolas de-
lere e terra. Sed hoc non pmi
ſit dominus: cui ſemp eſt cu-
ra de ſponſa ſua eccl'ia. At vo
chriſti ſponſa omnia patris
oblectamenta ſpreuit. Quod
cum vidiſſet pater minas gra
uiſſimas ſubintulit predicens
ꝙtis ſupplicijs eam faceret in
terire ſi a tali propoſito non re
ſiliret. Sed neq; ob hoc in ali
quo immutata eſt. Ecce ꝙ fer
uens fuit hec virgo ſacratiſſi-
ma in amore ſponſi ſui xpi: et
ꝙ conſtans in confeſſione ſan
ctiſſime trinitatis. Sed proh
dolor pauci volunt eam in ta
li dei amore ſequi. Quinimo
plerique potius obtempare ſat
agunt male voluntati paren-
tuʒ: ꝙ dei inſpirationibus et
mādatis: cū tamē dicat xpūs
Mat. x. Qui amat patrē ſuuʒ
aut matrem ſuā plus ꝙ me: vt
ſcilicet ꝓpter eos dimittat ſe-
qui me ꝛ venire ad me. Ita ex
ponit dñs Hugo Cardinalis,
non eſt me dignus. Sup quo
di. glo. ord. ꝙ poſt deum amā
di ſunt parentes: ꝙ ſi vtrunq;
ſeruari non poteſt: odium in
ſuos: pietas autem ad deum
habenda eſt Et hoc egit beata
Barbara: vt iam patuit.

¶ Quartū ſigillū libri predi
cti eſt teperātialis moderatio
Quāuis eñ ſint plures ptes
tam ſubiectiue ꝙ integrale
tpantie virtutis : ad p̄ſēs tñ
nō niſi de tribus diſſeremus:
que ſunt humilitas : virgini-
tas:abſtinētia. Primaꝫ itaqꝫ
tēperantie partē que eſt humi
litas aſſumpſit ꝓ indumento
hec virgo glīoſa. Generis eñ
nobilitas multis eſt cauſa rui
ne et ſupbie. Nā vt dicit Salu
ſtius. Cōmune malū nobilita
tis eſt ſupbia. Videtur eñ no-
bilibus q2 a nobilioribꝰ deſcē
derūt pre alijs debere hono-
rari et reputari. Sed ridi-
culoſā eſt iſta nobilitas que ex
pte generis attenditur : maxi
me cum ex eodē luto facti ſint
nobiles et ignobiles:et ex eiſ-
dem pntibus primis oēs ꝓ
ceſſerint. Hoc igitur diligēter
ppendēs btā Barba. ꝙuis ex
nobilibus pntibus ſm ſcl̄i fa-
ſtū originē traxerit oīm tamē
humilitati et ſimplicitati ſtu
duit. Et iſtud eſt ſignū magne
virtutis: vcꝫ nō gloriari inter
mūdanos honores. Unde de
ea dici poteſt ꝙ potuit tranſ-
gredi: vcꝫ ꝑ ſupbiā et ſeculi pō
pā: ⁊ non eſt tranſgreſſa. Eccl.
xxxi. Secundo habuit ſecūdaꝫ
partem temperantie : que eſt
virginitas ſeu carnis integri
tas. Ut eñ dicit Auguſtinus
de ſancta viduitate. Bona eſt
pudicitia coniugalis:ſed me-
lior eſt continentia vidualis:
optima aūt caſtitas virgina-
lis. Quod perpendens beata
Barbara voluit tēperate ſeu
caſte viuere ſuam virginitatē
dedicans ieſu xp̄o. Tertio ha
buit aliaꝫ ptem temperantie:
que eſt abſtinentia. Naꝫ ſicut
vidua q̄ in delicijs viuit mor-
tua eſt ſcdꝫ ſententiam. Apl̄i.
ita etiā dicendū eſt de virgine
Unde de illis qui laute et opu
lenter viuūt dicitur in Pſal.
ꝙ ꝓdijt quaſi ex adipe iniqui
tas eorū tranſierūt in affectuꝫ
cordis.i. multas tentationes
⁊ illuſiones patiuntur:et fre-
quēter de affectu cordis tran-
ſeūt in opus exterius. Quod
animaduertens btā Barbara
carnē ſuam domabat ieiunijs
et abſtinentia eſce et potus ꝙ
tū valitudo corporis ſui pmit
tebat. Iteꝫ cilicio vtebatur ad
carnem: vt ipſam ſubderet ſpī
ritui. Ecce quomodo ſeruauit
temperantiam virtutem.

¶ Quintum ſigilluꝫ dicitur
prudentialis reſponſio. Pru
dentia eñ que eſt auriga alia
rum virtutum multum deco
rat et ornat habentem in ver-
bis et reſponſis ſuis:cum ſci-
licet facit et docet eū recte lo-
qui. Nam vt habetur Prouer
biorū.x. Qui moderatur la-
bia ſua prudentiſſimus eſt.
Hanc autem virtutem prudē
tie ꝑmaxime habuit btā Bar-
bara:et ideo non mirum ſi pa

trem ſuum Dioſcorū ceteroſ-
q catholice fidei hoſtes con-
tra ipſam inſurgentes ſuparue
rit: quia vt dicit Auguſtin⁹ in
libro de ſingularitate clerico
rum. Ubicunq fuerit pruden
tia fruſtrantur vniuerſa cōtra
ria: vbi aūt prudētia negligit
omnia contraria dominātur
Sed quo nā pacto hec virgo
prudentiam ſuam oſtenderit
videam⁹. Nempe multitudi-
nem deorū quos colebat pater
ſuus reprehendebat et condē-
nabat ſic prudenter argumen
tando. Si ſunt plures dij: er-
go habent plures voluntates
et nō neceſſario cōformes: er-
go poſſunt diſcordare tam in
volito q in modo volendi: et
ita quod placebit vni diſplice
bit alteri. Cū ergo videamus
corpa celeſtia vniformiter mo
ueri: et elementa perſiſtere: et
ſic de alijs manifeſte apparet
pluralitatē deorū eſſe impoſſi
bilē. Itē impoſſibile ē eſſe plu
ra prima principia ſimplicit
prima: ergo ſi ſint plures dij,
ſequitur ſaltē q inter eos eſt
vn⁹ ſumm⁹ et ſimpliciter pri
m⁹: q ſi ſic, ergo alij non ſunt
dij: qr p hoc nomē deus ſigni
ficat nobis quo maius exco-
gitari nō poteſt: et quod caret
principio taz ſui eſſe q ſue du-
rationis. Ceterum dij veſtri
per vos homines quādoq fue
runt: ſed poſt mortez inter de
os tranſlati ſunt. Sed quis ſa
ne mētis diceret hominē mor
talem z grauiſſimum peccato
rem; quales fuerūt quos nūc
colitis pro dijs, poſſe in deuz
immortalem: immenſum z in
finituz transferri: profecto nō
video. Audite ergo q̄ſo quid
de vobis et de dijs veſtris di-
cat Pſal. Confundantur in-
quit omnes: qui adorant ſcul
ptilia: et qui gloriantur in ſi-
mulacris ſuis. Et alibi. Om-
nes dij gentium demonia: do
minus aūt. i. ille qui eſt verus
deus et dominus ſine cauda
celos fecit: et hunc ſolum ado
ro. Cunq tam prudenter loq
retur beata Barbara corā pa
tre ſuo et multis alijs philo-
ſophis quos vocauerat pater
non poterant reſiſtere ſapien
tie et ſpiritui qui loquebatur
Tūc ergo fuit impleta in hac
virgine illa chriſti promiſſio.
Luc. xxi. Dabo vobis os et ſa
pientiā: cui non poterunt reſi
ſtere et contradicere omēs ad
uerſarij veſtri. Item Pſalmi
ſta Diffuſa eſt gratia in labijs
tuis. Uidens itaq pater eius
q ipſaz nec p ſe: nec per alios
ſuperare poſſet tanq inſanus
arrepto gladio voluit eam oc
cidere. Sed diuinitus adiuta
fuit: nā murus domus in qua
hec agebātur ei ceſſit: qua trāſ
acta ilico reintegratur mur⁹
Cunq pater cum enſe euagi-
nato eaz inſequeretur obuios
habuit duos paſtores. Quos

cum interrogaſſet ſi nam vi-
diſſent filiã ſuã. Primus offi-
cioſe mentiendo eam a morte
liberare voluit: alter vero di-
gito locũ in quo latitabat pa
tri oſtendit: et mox eius peco
ra in locuſtas conuerſa ſunt.
Aduerte tamẽ ꝙ non licuit il
li paſtori mentiri pro ſaluan-
da vita virginis barbare. Ita
enĩ dicit Auguſtinus: ⁊ recita
tur. xxii. q. ii. Ne quis. Cumq;
pater immaniſſimus eam in-
ueniſſet crudeliſſime eam per
trahens ad domum reduxit.
Mane aũt facto ipſam Mar-
tiano preſidi ciuitatis tradi-
dit cruciandam.

¶ Sextum ſigillum libri hi-
ſtorie huius virginis dicitur
inſuperabilis fortitudo. Eſt
enĩ fortitudo virtus moralis
que armat hominem contra
aduerſa taliter ꝙ potius vult
pati mortem ꝙ̃ deſiſtere a bo
no virtutis. Unde Ambro li.
j. de offi. Non mediocris ani-
mi eſt fortitudo: que ſola defẽ
dit ornamenta virtutum: et q̃
inexpiabili ꝑlio aduerſus om
nia vicia decertat: inuicta ad
labores: fortis ad ꝑicula. Hec
ille. Hanc aũt virtutem forti
tudinis habuit hec ſãctiſſima
virgo in ſuſtinendo diros cru
ciatus.

¶ Pro quo notandum ꝙ cũ
beata Barbara fuiſſet a patre
tradita Martiano preſidi ſtu
duit ipſe prĩo blanditijs emol
lire cor virginis: oſtendens ꝙ̃
chara eſſet patri iam ſeni: et ꝙ̃
triſtem euʒ reddebat propter
nouam ſectam quam tenebat
Iteʒ ꝑſuadebat ꝙ vltro reſili-
ret a ſecta chriſtianorũ vt non
oporteret eam multa pati.
Item ꝙ miſereretur pulchri-
tudinis ſue que maxima erat.
Sed in nullo profecit ſatelles
diaboli: quia virgo immobi-
lis permanſit: tormenta deri
ſit et premia calcauit. Cumq; vi
deret preſes ꝙ verbis nõ pro-
ficeret venit ad verbera. Nam
ob honorẽ quinq; plagarum
chriſti hec eius ſponſa quinq;
grandia tormenta ſuſtinuit.
Primum fuit flagellationis.
Nam Marcianus iuſſit eam
ſpoliari et pedibus ſurſuʒ ver
ſis ad trabem ſuſpendi: et pri
mo virgis deinde neruis tau-
rinis corpus eius tenerũ vn-
dequaq; diſcerpi: ita vt a plan
ta pedis vſq; ad verticem ca-
pitis non eſſet in ea ſanitas.
Ipſa aũt tanꝙ̃ ouis coram tõ
dente ſe obmutuit ⁊ non ape-
ruit os ſuum: ſed oĩa patien
tiſſime ſuſtinuit propter amo
rem ſponſi ſui chriſti recogi-
tans ꝙ maiora pro ea paſſus
fuiſſet. Unde tunc habebat in
corde ſuo illud verbum Apo-
ſtoli Hebreoruʒ duodecimo.
Recogitate eum qui talem ad
uerſus ſemetipſum ſuſtinuit a
peccatoribus contradictionẽ
vt nõ fatige. ⁊c. Secundũ tor-

mentum fuit incarcerationis Nam poſt tam ſeuerã flagellationem tyrannus fecit eam in carcerem obſcuriſſimum recludi. Sed ea orante ecce circa noctis medium xp̃us cum immenſo lumine ei apparens dixit. Confortare filia mea et ſponſa dilecta: iam enim magnum gaudiũ eſt ĩ celo de tua paſſione. Ne timeas: ego eniꝫ ſemper tecũ ſum: et tu ſemper mecum eris in celis. Quibus dictis ſanauit oẽs plagas eiꝰ et eam benedicens diſparuit.

¶ Tertium tormẽtũ fuit adu ſtionis. Nam mane facto preſes vidẽs eam ſanam exclamauit dicens. O magna circa te deorum clemẽtia qui te q̃uis ingratam tam miſericorditer ſanauerunt. At illa. Dij tui ceci ſunt ⁊ ſurdi qui nulluꝫ beneficium preſtare poſſunt: ſed habeo amatorem Jeſum chriſtũ qui ſolo ſermõe reſtaurat vniuerſa: et ille eſt qui me ſanam fecit. Ad hec verba Martianꝰ furore et crudelitate repletus iuſſit eam in eculeo ſuſpẽdi vt iterum corpuſculum ipſiꝰ vngulis ferreis diſcerperetur. Juſſit etiam ad latera eius laminas ferreas ardentes apponi: vt ſic adureretur eius tenella caro. Cumq̃ ſic cruciaretur cepit gaudere et dicere illud Romanoꝝ. viij. Non ſunt condigne paſſiones huius tẽporis ad futurã glorĩã que ⁊c.

¶ Quartum tormẽtum fuit mãmillarum preciſiõis. Preſes enim inſaniens ꝙ eam ſuperare non poſſet: iuſſit tortoribus ⁊ tyrannis: vt mammillas eius paruulas (quia tunc beata virgo erat tantum etatis duodecim annorum) abſciderent. Ad quem virgo. O dire tyrãne: non es confuſus amputare in puella quod in matre ſuxiſti. Deinde eleuatis in celũ oculis dixit. O domine celi et terre: iſtas mammillas a te poſſidebam quas propter te ad tempus perdo: ſed ſpero ꝙ tandem in generali omniũ reſurrectione illas relucentes vt gemmas michi reſtitueѕ. Tu enim ꝓmiſiſti electis tuis ꝙ capillus de capite eoꝝ non peribit. Ecce enim propter te mortificor tota die eſtimata ſum ſupple ab iſtis paganis: ſicut ouis occiſionis. Sed tamen hec et his maiora libenter patiar: ſciens ꝙ non ſunt condigne paſſiones huius tẽporis ad ſuperuenturam gloriam que reuelabitur ĩ nobis vt habetur Romanoꝝ. viij.

¶ Quintum tormẽtum beate virginis fuit nuditas corporis. Nam dictꝰ preſes ad maiorem virginis confuſionem fecit eam totam nudam circũferri per ciuitatem: vt eſſet in deriſum omni populo. At vero beata virgo intuens in celum ait. O domine deus qui

operis celum nubibus/ operi pauperculam carnem meam vt non videar ab iſtis impijs Quo dicto mox affuit angel⁹ de celo qui eā cooperuit ſtola candida: ſimulqꝫ abſciſionis mām̄illaꝝ ſuaꝝ curauit vulnera. Cūqꝫ tyrānus vidiſſet eam ſic veſtitā obſtupuit ⁊ expauit In ſe autē reuerſus dixit. Hec mulier magicis artib⁹ vacat: ⁊ ſi eam diuti⁹ tollerauerim⁹ viuere/ deſtruet ſectam noſtrā Tūc multi ydolatre fauentes Marciano dixerunt. Perde hanc maleficam que ſuis incātationib⁹ hoīm ſenſus aufert Et ecce continuo preſes dedit contra eam ſentētiam mortis eo ꝙ aliter ipſam ſuperare nō poſſet. Et ſic patet de ei⁹ fortitudine: ꝓpter quod de ea dici poteſt illud ꝓuerb. xxxi. Mulierem fortem quis inueniet: ſcꝫ talē qualis eſt hec: que vinci nequit a tyranno.

¶ Septimum ſigillū libri hiſtorialis beate Barbare ē iuſticie defenſio. Ad iuſticiā enī ſm̄ ꝙ eſt oīs virtus ꝑtinet vſqꝫ ad mortem tueri fidem catholicam: ſm̄ ꝙ nobis precipitur Eccl. iiij. Pro iuſticia agonizare ꝓ aīa tua. i. agones ⁊ pugnā ſuſtine pro ſalute aīe tue: et vſqꝫ ad mortem certa ꝓ iuſticia: ſup. defenſanda ⁊ tuēda Poſtꝙ ergo beata babara varios agones ſuſtinuit pro iuſticia et q̄rela xp̄i ab ipſo Marciano: tandem certauit ꝓ ipſa iuſticia vſqꝫ ad mortem quam ſibi intulit immaniſſimus pater ei⁹ Dioſcorus q̄ ſua iniquitate eam tranſmiſit ad celos. Nam poſt latā a preſide mortis ſentētiam aduerſus virginem Dioſcorus oblit⁹ ꝙ eſſet caro ſua ⁊ filia/ repletus furore cepit eam de cōſpectu preſidis: et duxit eā ad locū decapitationis. Ibiqꝫ cū virgo peruniſſet flexit genua ⁊ ſuſpiciens in celū orauit dicēs. Dn̄e ieſu xp̄e qui es fōs pietatis et mīe tibi cōmēdo ſpiritum meū: et ipm̄ in pace recipe. Et preſta michi famule tue hanc gratiā vt quicūqꝫ memoriam paſſionis mee fecerint/ velis ipis in oībus neceſſitatibus ſuis ſubuenire: ac in extremis laborātibus cōfeſſionis ſacramētum et tuum ſacroſanctum corpus largire: atqꝫ in die iudicij peccatis eoꝝ ꝓpiciare. Facta igitur oratione venit vox de celo dicens. Ueni dilecta mea ⁊ requieſce in regno meo. Quod enim poſtulaſti/ impetraſti. Qui enim tibi deuote ſeruiēt ſalui fient. O fructuoſa huius virginis oratio. O ꝙ magna ſpes data eſt populo huic virgini deuoto. Quid enim melius eſt homini ꝙ in fine habere peccatorum ſuoꝝ remiſſionem: que niſi i preſenti remittantur aīam miſeram demergunt in profundum inferni

His igitur peractis parauit virgo collum gladio: dicẽs illud. ij. Thim. iiij. Bonum certamen certaui: curſum cõſummaui: fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt michi corona iuſticie quam reddet. ꝛc. Et his dictis ecce cruẽtus pater vno caput ſacrũ virgineũ amputauit ictu. Sed non euaſit iudicium dñi. Nam eo deſcendẽte de loco decapitationis: ecce ignis cecidit de celo ſuper eũ: et ipſum ſic cõbuſſit ꝙ nec puluis ex eo vltra appareret. Poteſt ergo ad ꝓpoſitum dici de illo equiſſimo iudice celeſti illud ps. Hunc humiliat: ſcꝫ ſpiritum Dioſcori ipſum demergẽdo in infernũ et hunc exaltat vcꝫ ſpiritũ virginis Barbare ipſum ad celeſtem gloriã vocãdo ꝛ introducendo. ¶ Inter aũt pene infinita miracula que operat̃ indies dñs meritis ſpõſe ſue barbare, vnum referamꝰ ad oſtẽdendum ꝙ quicqd petierimꝰ a dño in memoriam huiꝰ virginis obtinebimꝰ. Accidit eñ in Colonia ꝙ quidam latro propter furtum captus eſt: et ad furcam tandem eleuatus. Sed quia male viuẽdo: adhuc tamen reuerebatur hanc virginem, ſpecialem orationẽ ad eam omni die faciẽs: ideo mori non potuit quouſqꝫ ſacramẽtum eucharistie reciperet. Nam cũ poſt biduum a ſuſpẽdio ſuo quidã iter faceret ante patibulum audiuit eum lamẽtantem. Quem interrogans quomodo poſſet adhuc viuere: reſpõdit ſe nunꝙ poſſe exalare ſpiritũ quouſqꝫ ſacramẽto euchariſtie eſſet munitus. Cũqꝫ viator ille veniſſet Coloniam nunciauit iſtud tortori: qui nocturno tempore occulte ad furcam veniens iterum eum lancea perforauit: nec tamen ſic mori potuit. Quo audito ſcabini ciuitatis illic aduenerunt: quem adhuc viuentem viderunt. Quibus cũ dixiſſet non poſſe mori niſi priꝰ percepto ſacramento altaris ipſum deponi iuſſerunt: et ad hoſpitale leproſorum deportari. Ubi percepta deuote ſacra euchariſtia ſpm̃ exalauit. ¶ Nota etiam exemplum de illo mercatore deuoto ad hãc virginem. Quem cum latrones decapitaſſent caput, non ceſſauit clamare pro confeſſione quouſqꝫ venit ſacerdos: qui coniungens caput corpori alter reuixit: et cõfeſſus eſt: atqꝫ ſacra cõmunione percepta obdormiuit in dño. Donet ergo nobis dñs meritis huius virginis ſic obdormire in hora mortis noſtre. Amen.

¶ Sermo de beato Nicolao confeſſore.

VIdi librum ſcriptū int⁹ ⁊ foris ſignatū ſigillis ſeptem Apoca.v. Tertius liber quē vidit btūs Johēs dr̄ liber deſcriptiōis hiſtorialis almi cōfeſſoris xp̄i Nicolai patroni clericoꝝ. De quo quidē libro dr̄ in themate ꝙ ſignatus eſt ſigillis ſeptem. Pro quo notādum ꝙ in ꝓpoſito per ſeptem ſigilla intelliguntur ſeptem dona ſpūſſancti per que ſignata fuit mēs angelica diui Nicolai: de quo videt̄ Eſa. xi.c. ꝓphetaſſe dicēs. Requieſcet ſuper eū ſpūs dn̄i: ſpūs ſapiētie ⁊ intellectus: ſpūs cōſilij ⁊ fortitudinis: ſpūs ſciētie et pietatis: et replebit eū ſpiritus timoris dn̄i. He eīn ſunt ſeptem lucerne candelabri Exo. xxxvij. He ſunt ſeptem lampades ardētes ante thronū Apocalip. iiij. Hi ſunt ſeptem oculi in lapide vno. zacha. iij. Ubi per lapidem materiā ſolidam intellige btm̄ Nicolaū quē ſolidam ⁊ firmū effecerūt ⁊ reddiderūt ſeptem dona ſpūſſancti. He ſunt ſeptē mulieres que apprehēderūt virū vnū. zach. iiij. Uir iſte eſt btūs Nicola⁹. Septē mulieres ſeptē ſunt dona ſpūſſācti que dicūtur mulieres q̄r demulcēt habētē. He igitur mulieres ſic apprehēderūt virū iſtū ꝙ eū nuſꝙ̄ reliquerunt. Hec igitur dona ordinabimus ſm̄ ꝙ poſſunt applicari ad vitā et mores ipſi⁹ diui Nicolai.

¶ Primū igitur donū dicit̄ donū fortitudis. Differt autē donū fortitudinis a fortitudine ſm̄ ꝙ eſt v̄t⁹ cardinalis: in hoc ꝙ fortitudo virt⁹ eſt circa arduum nature ſimplr̄. i. abſolute: fortitudo v̄o donum eſt circa arduū nature etiā adiute p̄ grām: vt eſt relinq̄re oīa: vel etiā inſolita ieiunia ſeruare. Et iſtud donū habuit btūs Nicola⁹. In cui⁹ rei ſignū prima die natiuitatis ſue cū balnearetur, ſtetit ī pelui erectus. Item adeo fortis fuit ꝙ adhuc ad nutricis vbera pendēs bis ī hebdomada ieiunebat: vtpote tm̄ ſemel in die hora meridiana vbera ſuggēs ſcʒ fer. iiij. et. vi. Hoc eīn donū eleuabat eū ſupra grām. Nam ⁊ oib⁹ rite baptizatis datur grā: qb⁹ tn̄ non datur hoc dei donū vt ex tūc abſtineāt. Poterat ḡ dicere btūs Nico. illud ps. Spes mea ſup. in deo fuit ab vberib⁹ mr̄is mee. Hoc aūt donū fuit illi datū pro illis duob⁹ dieb⁹ ob ſpecialem reuerētiā: eo ſcʒ ꝙ xp̄s vēditus fuerit feria. iiij. occiſus aūt feria. vi. Propterea in primitiua eccleſia illi duo dies erāt ī maxima reuerētia et xp̄iani ſe multū affligebant in illis. Unde de cōſe. di. iij. Ieiunia. Dicitur ꝙ ieiunia quarte ⁊ ſexte ferie ſunt ab oīb⁹ obſeruāda niſi grādis neceſſitas

fuerit:qꝛ feria.iiij.iudas tra=
dere dñ̄ cogitauit:et feria vi.
crucifixꝰ eſt ſaluatoꝛ. Qui er=
go illis diebꝰ non ieiunauerit
videtur cū tradēte tradere ſal
uatoꝛē:et cū crucifigētibꝰ cru=
cifigere.i.crucifixo nō cōpati.
Dicit tñ̄ glo.ibidē ꝙ hoc fuit
neceſſitas ī pꝛimitiua eccleſia
hodie vero eſt cōſilij. Uel foꝛte
iſtud intelligit̄ de illis qui ad
hoc voto vel pnīa ſunt aſtricti
Pꝛofecto graues pctōꝛes de=
bēt multū timere de pelle ſua
et erubeſcere audiētes ꝙ btūs
Nicolaꝰ adhuc paruulus ⁊ in
nocēs multo ieiunio macera=
bat coꝛpꝰ. Ipſi vero non ſolū
negligūt ieiunia pꝛedictaꝝ fe
riaꝝ: ſed neqꝫ obſeruāt ea que
pꝛecipit eccl̄ia: vtpote ieiunia
quattuoꝛ tp̄m certaꝝ vigiliaꝝ
quadrageſime ⁊ hm̄ōi. Sꝫ di=
cunt allegātes excuſatiōes in
pctīs ꝙ ieiunare eſt minꝰ bo=
nuꝫ qđ pōt homo facere. Eſto
ita potiſſime cōparādo ip̄m ie
iuniū ad alias ptes ſatiſfactio
nis que ſunt oꝛatio ⁊ elemoſy
na:eo ꝙ tam oꝛatio ꝗ̄ elemo=
ſyna quodāmodo cōtinent ie=
iunium: ꝓut pulchꝛe deducit
btūs Thomas.diſt.xv.quarti
ſentētiaꝝ. Non tñ̄ ꝓpterea ſe=
quitur ꝙ trāſgrediēs ieiuniū
quod eſt de pꝛecepto non pec
cet moꝛtaliter tanꝗ̄ contēnēs
eccleſie auctoꝛitateꝫ: maxime
cū dicat xp̄s Luce.x. Qui vos
audit me audit:et q̄ vos ſper=
nit me ſpernit. Beatꝰ itaqꝫ Ni
colaus ſurget in iudicio cū ge
neratione iſta peſſima: vcꝫ gu=
loſoꝛum, et condēnabit eam:
quia egit penitentiam ⁊ ieiu=
nauit adhuc paruulus ⁊ inno
cens. Ipſi aūt grandeui ⁊ foꝛ=
tes facti ieiunia ab eccleſia pꝛe
cepta ſine cauſa trāſgreſſi ſunt
Si itaqꝫ beatus Nicolaus in
tenera etate carnem ſuam tan
tum domauit: quid credendū
eſt feciſſe poſtꝗ̄ ad virilem de
uenit etatem? Huc igitur pꝛo
modulo ſuo imitari debent
iuuenes:et ſi non in toto, ſal=
tim ī parte: quia ſcriptum eſt
Treñ.iij. Bonum erit viro cū
poꝛtauerit iugum domini ab
adoleſcentia ſua.

¶ Secundum donum quo ſi
gillata fuit mens beati Nico=
lai dicitur donum intellectꝰ.
Eſt autem donum intellectus
gratia intelligendi ſalubꝛes ſi
gnificationes ſignoꝛum natu
ralium vel poſitiuoꝛum. Ad
quod facit ꝙ dominus diſci=
pulis querētibus vt ediſceret
eis parabolā. Adhuc (inquit)
et vos ſine intellectu eſtis.
Mathei.xv. Credebant enim
myſticum quod erat ꝓpꝛie di
ctum. Uel vt dicit beatꝰ Tho=
mas.xij.q.lxviij.arti.iiij. In=
tellectus eſt donum quod da=
tur alicui ad hoc ꝙ pꝛompte
et faciliter ſequatur inſtinctū
ſpiritusſancti mouentis eū ad
appꝛehēſionē ſeu inquiſitionē

ſpeculatiuā veritatis. Hoc au tē donum intellectus hūiſſe ſe ꝓfeſſus eſt beatus Nicolaus de quo canit eccl'ia. Eccl'ie ſan cte frequētans limina ſacro pectori cōdebat mandata. Jā eñ forte legerat illud Pro. ix. Beatus qui audit me ꝛ q̄ vigilat ad fores meas quoti die. Accepit aūt ad hoc facien dum exēplū a ſaluatore nr̄o: de quo dicit quedā glo. ſuper Math. ꝙ ingreſſus vrbē ieſus templū adiit dans formā re ligionis vt quocūqꝫ imus pri mo domū orationis adeamꝰ Sic itaqꝫ fecit beatus nicolaꝰ tanꝙ verus xp̄i diſcipulus ꝛ cultor ſincerus. Nō p̄teribat ergo ſermo quē non audiret: ſciens ꝙ qui ex deo eſt verba dei audit. Nec ſimiliter hora canonica cui nō intereſſet xp̄ia ni vero vix miſſam integram die feſto audiunt. Cū tamen p̄cipiatur de cōſ. diſt. i. miſſas Miſſas die dominico ſecula ribus totas audire ſpeciali ordine precipimꝰ. Jta vt an̄ bn̄dictionē ſacerdotis egredi populus nō preſumat. ꝙ ſi fe cerint ab epiſcopo publice cō fundantur. Jdē habetur. ca. ſe quenti. Cum ad celebrandas ¶ Tertiū donū quo fuit ſi gillata mēs beati nicolai fuit donū ſciētie. Scientia aūt do nū ſm quoſdam eſt hūanorū rerum cognitio ſaluberrime fidei deſeruiens. Uel ſecundū alios ſcientia donū eſt lumen hoiem dirigens in actiōe vel bono vſu tempaliū. Nā ſcd̄m Augu. ſup Cor. xij. Sapien tia eſt in cōtēplatione eter norū. Scientia vero in actōe tempalium. Alii vero volunt ꝙ ſcientia donū ſit cognitio practica boni ꝛ mali. Sꝫ quo cunqꝫ modo ſumat̃ ſatis con ſtare pōt ꝙ beatus nicolaus fuit iſto dono dotatꝰ. Sciuit eñ ſapienter declinare a ma lo ꝛ facere bonū. Nam cū ad huc eſſet puerulus aliorū iu uenū deuitabat laſciuias ꝛ le uitates ſciens ꝙ qui tetigerit picē inqnabit̃ ab ea Eccl'. xiij. Jtem q̄tū ad temporalia bō cognouit ꝙ ſunt res caduce: immūde: tranſitorie: ꝛ pericu loſe ad ꝑtractandū ad inſtar ſpinarū. Unde ꝛ ſaluator eas compat ſpinis pungentibus Luce. viij. Ne ergo iſte ſpine multiplicate ſuffocarēt bonū ſemen gr̄e ꝛ diuini amoris in corde ſuo. propoſuit eas extir pare ꝛ a ſe penitus euellere in hunc modū. Nā cū poſt mor tem pr̄is ꝛ matris qui de no bilioribus ꝛ ditioribus ciui tatis pathere que eſt in grecia erant vnicꝰ heres multorum bonorū eſſet: cogitauit ea non ſibi retinere nec ꝓdige aut ad hūanū faſtum expendere ꝑut multi facere ſolent: ſed ad dei honorem ꝛ paupum ſubleua men propoſuit ea diſtribuere

Nam cum audiſſet quendam nobilē dicte ciuitatis ꝓpter inopiā velle tres filias ſuas exponere turpitudini: ꝙuis ille tanꝙ pudice nullo pacto conſentirent: ſed cū lachrymis dicerent patri potius velle nū ꝗ ducere ſponſum ꝗ ſic ditari. occurrit tāte inopie beatus nicolaus noctis ſilentio clam proiiciens per feneſtrā dom⁹ diuerſis vicibus burſas tres plenas auro ⁊ clam recedens. Altio tamen a viro cognit⁹ eſt: ſed rogauit vt nemini diceret. De eo itaqꝫ dici pōt illud Pſal. Diſperſit dedit pauperibus iuſticia eius manet in ſeculū ſeculi. Nota ſingula. Primo eñ diſperſit .i. in diuerſas ptes ſperſit: qꝛ nō tantū illi nobili ſubuenit verū etiam multis aliis. Unde de eo dicitur ꝙ erat valde compatiens ⁊ ſuper afflictos pia geſtās viſcera. Item dedit icꝫ ſine ſpe mercedis terrene ꝯtra auaros ⁊ vſurarios. Sꝫ quid dedit. Certe de meliori quia aurum. Item dedit diſcrete ⁊ prudenter quia pauperibus ſupple filiabus bonis ⁊ caſtis non quidem ad eas corrumpendū vt multi diuites luxurioſi. Item dedit de proprio non de alieno cōtra multos qui faciunt: vt vulgo dicitur: de corio alieno largas corrigias. Item dedit in vita nō poſt mortem. Item dedit ꝓpter honorem dei nō ꝓpter fauorem mūdi. Et ob eas res iuſtitia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi: qꝛ ī memōia eterna erit iuſtus. Poteſt itaqꝫ merito dici de eo illud Job.xxxj. Ab īfātia ſecū creuerat miſeratio

¶ Quartū donū ſigillans glorioſam animā diui nicolai fuit donum ſapientie. Eſt autem ſapientia donum ſcōm d.ſ.xij.q.lxviij.art.iiij. Habitus perficiens intellectū ad hoc ꝙ prompte ⁊ faciliter inſequatur inſtinctum ſeu motū ſpiritusſancti ad hoc ꝙ poſſit recte iudicare ſpeculatiue de veritate apprehenſa ꝑ intellectū de qua prius inquirebat. Uel vt aliis placet ſapiā donū ſpiritusſancti eſt cognitio eternorum. Unde Augu.iij. libro de trinitate dē ſic. Eſt inquit ſapientie ⁊ ſcientie recta diſtinctio. Ita vt ad ſapientiā pertineat eternaꝝ rerum cognitio intellectualis: ad ſcientiā vero temporaliū rerum cognitio rationalis. Uel aliter. Sapientia eſt cognitio eternorū cū ſuauitate habita. Propterea ſapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia: ſm illō Eccleſi. xxiiij. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Unde talem ſapientiā habēt viri cōtēplatiui qui cōtēplando eterna ⁊ celeſtia in illis ſūme delectantur: ſm ꝙ innuit Pſalmiſta. Quam magna inquit ad dñm multi

tudo dulcedinis tue dñe quã
abſc.t.te. Hãc igit̃ ſapientiã
habuit b. Nico. q̃ ſpretis mũ
di ⁊ carnis oblectamẽtis ſoli
deo ꝑ mentis eleuationẽ ⁊ cõ
templationẽ iugiter inhere-
bat. Ita vt dicere poſſet cum
aplo Philip.iii. Noſtra cõ-
uerſatio in celis eſt. Itẽ illud
Job.vij. Suſpendiũ elegit aĩa
mea.i.cõtemplationẽ celeſtiũ
⁊ eternorũ. Hec eñ eſt melior
ps q̃ nõ auferẽ per mortẽ ſed
hic incipit ⁊ in celo ꝑficitur.
Nõne queſo hic nicolaus val
de feruens erat in contempla
tione qñ q̃dẽ adhuc laicꝰ om̃i
tñ die diuinis intererat offi-
ciis etiam clericos ꝓueniẽdo
qđ patuit in hoc ꝙ reuelatũ
eſt cuidã ſancto viro illũ debe
re aſſumi ĩ paſtorẽ eccl'ie Mir
renſis qui mane facto primꝰ
appareret añ fores ipſius ec-
cleſie. Mane igit̃ facto hic ni
colaus primus inuentus eſt.
Unde ⁊ dicere poterat illud
Pſal. Mane aſtabo tibi ſup-
ple dño meo laudes tibi pro
modulo meo decantaturus.
Nonne deniꝙ hic ſanctus pa
lam ſe oſtendit habere do-
nũ ſapientie: quando quidem
de diuinis ⁊ altiſſimis rebus
diſputauit. Quãuis nõnulli
affirmẽt eũ fuiſſe mediocris
literature. Sed eſto ita lo-
quendo de ſcientia acquiſita.
non tamẽ nulli defuit doctor
intrinſecus qui docuit eũ de
omnibus potiſſime de neceſſa
riis ad fidẽ. De eo nẽpe refert
dñs Antho. ij. ꝑ cro. ſue t.x.
c.iij.§.v. poſt Jacobũ de colũ
na ꝙ īterfuerit Niceno conci
lio. vbi poſt multas diſputa-
tiones tandẽ inſurgẽs contra
arriũ dogmatizantẽ pr̃em in
diuinis maiorẽ filio: ⁊ ſpiritũ
ſanctũ minorẽ vtroꝙ: dedit il
li egregiam alapã corã omni
bus pr̃ibꝰ illic cõgregatis. Ob
eam rem ẜm grecos fuit ad tẽ
pus mitra paſtorali priuatꝰ.
Propter quod apud eos de
pingitur ſine mitra ad caput
ſed ipſius mitram depingunt
ad pedes. Utrum autẽ in hoc
opere peccauerit necne diffi-
nire non audeo quia non le-
go. Non eſt tamẽ neceſſe eum
excuſare omnĩo a peccato: tũ
ꝓpter ſcandalũ datũ: tũ q2 iu
dex non erat nec legis ciuilis
miniſter: tũ q2 paſtoralem di
gnitatem hoc nõ decebat. In
hoc itaꝙ potuit eẽ ſimil' moy
ſi qui egyptiũ iurgantẽ cũ he-
breo occidens mortaliter pec
cauit. Similiter ⁊ petrus per
cutiens malcũ ſeruũ pontifi-
cis. Hi tamẽ excuſantur a tan
to propter pium affectum li-
cet non vſqꝙquaꝙ rectum. Ita
in propoſito. Nichilominus
ꝓ reuerentia tanti viri poteſt
ꝓbabilit' dici hoc ipm feciſſe ex
ſpeciali motione ſpiritusſan-
cti: ⁊ ſic non peccaſſe.

¶ Quintũ ſigillum fuit do-

num timoris. Pro quo notandum ꝙ donū timoris eſt ſpiritualis fuga mali ne perdat homo qd amat: Vn̄ Prouer. xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a malo; vꝫ culpe. Item eiuſdem. xv. Per timorē dn̄i declinat omnis a malo. Iſtud autem donū timoris fuit in b. Nico. quod patuit in hoc ꝙ quaſi violenter tractus eſt ad ſūmum ſacerdotij gradū ſciens ꝙ q̄to gradus altior tan to caſus periculoſior. Legerat forte illud verbum Criſo. qd recitatur diſtin. xl. Multi quicūqꝫ deſiderauerit prima tum in terra: inueniet confuſionem in celo nec inter ſeruos xp̄i computabitur qui de primatu tractauerit. Sed ob ſcitūt multi ambicioſi querētes excuſationem in peccatis ⁊ dicentes ꝙ qui epiſcopatū deſiderat bonū opus deſiderat: pro vt habetur. viij. q. j. Sed diligenter attēdant qd ibidem ſubditur. Epiſcop⁹ no men eſt operis non honoris. Epiſcopus enim grecum nomen eſt quod latine ſuper intendens dicitur: vt intelligat non ſe epiſcopum qui preeſſe dilexerit: nō prodeſſe. Hec ibi. Tunc ergo laudabiliter quis epiſcopatū deſiderat quando quidem ipſum deſiderat vt ꝓ ſit ⁊ nō vt p̄ſit: vt dicit glo. ibi dem. Sed quis eſt hic ⁊ lauda bimus eū: profecto hac tempeſtate omnes querunt que ſua ſunt ⁊ non que ieſu xp̄i. Que runt ſiquidem in eccleſia ſub limari vt honorentur: ditentur timeantur: paſcantur. De quibus non incōgrue dici po teſt illud quod olim dictum eſt a chriſto de ſcribis ⁊ phari ſeis Mathei vigeſimo tertio Amant primos recubitus in cenis ecce guloſitas: ⁊ primas cathedras in ſinagogis; ecce ambitio: ⁊ ſalutationes in fo ro: ecce vite diſſolutio: quia non debent prelati ſeculariter viuere ⁊ cum mundanis paſſim conhabitare. Sequit: ⁊ vocari ab hominib⁹ rabbi: ecce vana gloria. Vn̄ Criſoſtomus ſuper Matheum. Vo cari volunt rabbi non eſſe. no men appetunt officium negli gunt. Talis autem non fuit beatus nicolaus cuius electio fuit valde commendabilis ex multis. Primo quidē ex pte modi quia premiſſa orōne ꝓ inuocanda ſp̄uſſancti gratia. Nā electores tota nocte que diem preceſſit electionis orationi vacauerūt exemplo xp̄i qui electurus apoſtolos aſcē dit in montē orare Luce. vj. Exēplo etiā apl'orū q̄ electuri mathiā in ſortē iude orōnē p̄ miſerūt ad dominum Act. j. Secundo ex parte dirigentis electionē qꝛ fuit electus diuina reuelatiōe. Nā clericis orā tibus vox de celo lapſa fuit

vt eligerēt Nicolaum: q2 ſcriptum eſt Heb.v. q nemo debet ſibi aſſumere honorem: ſꝫ qui vocatur a deo tanꝙ Aaron. De illis aūt qui ſic aſſumūtur ad pontificatum poteſt verificari illud Joh.i. Non ex ſanguinibus neqꝫ ex volūtate carnis: nec ex volūtate viri: ſed ex deo nati ſunt. Sed proh dolor multi prelati moderni merito dicere pñt illud Amos.vi. In fortitudine aſſūpſimus nobis cornua.i. mitram paſtoralem in qua ſuut duo cornua. De quibus etiam poteſt dicere dñs illud Oſee.viij. Ipſi regnauerūt ⁊ non ex me. Et hec eſt cauſa quare moderni prelati non clarent miraculis ſicut in primitiua eccleſia. ¶ Tertio dicta electio fuit cōmēdabilis ex parte eligētium q̄ oēs vnanimiter compromiſerunt in quendam ſanctum virū qui exclamauit Nicolaū mirr hec ciuitatis epm. Ad cui⁹ vocem totus clerus ſimiliter et vulgus proſiliijt in dei laudem et cordis leticiam. Nec immerito: q2 vt habetur pūerb.xxviij In exaltatione iuſtorū multa gl'ia eſt. Item eiuſdem.xi. In bonis iuſtoꝝ exaltabitur ciuitas. Et nota in bonis.i. in meritis ⁊ operibus ſanctis. Sed dices hanc electionem viciatā pro ꝙto beatus Nicolaus adhuc laicus aſſūptus eſt in epm maxime cum dicatur diſt.lxi. ca. Item laici. q laici non ſunt in epos eligēdi: ſed per ſingulos ordines prius ſunt probādi. Poſſunt tamen poſtulari laici in epos vt dicit glo. ibid. Reſpōſio. Illud decretum intelligitur regulariter: quo nō obſtāte de⁹ qui non aſtringit decretis conſilioꝝ eccleſie pōt aliter diſponere ꝑut vult: maxime cū intueat corda ſingulorꝫ et cognoſcat merita hoiꝫ. ¶ Quarto fuit eadeꝫ electio commēdabilis ex parte electi qui cū quadā coartatione aſſūptus eſt. Vñ et dicebat. Quid facitis viri patres. Ego enim nec litteras noui ꝫm illā eminentiam que i epo requiritur qui paratus eſſe debet reddere rōnem omī poſcenti de ea que in ipo eſt fide ⁊ ſpe: vt habetur .i. Petri.iij. Item nec i ſacris ordinib⁹ ſum cōſtitut⁹: et per cōſequēs ad election inhabilis: ꝫm q immediate ſupra dictum eſt. Sed non obſtāte ei⁹ renīſu epalem dignitatē aſſecutus eſt: q2 a dño fiebat iſtud et erat mirabile in oculis oīm intuētiū. Unde tūc dicere potuit illud ps. Exaltatus humiliatus ſum ⁊ conturbatus: ſed quare conturbatus. Certe q2 etiā vocati a dño ad cathedrā glorie et honoris qñqꝫ turpiter corruerūt: ſicut patuit de Saule ⁊ multis alijs. Itē quare humiliatus: ꝑfecto q2 ſcriptum eſt Eccli.iij. Q̄to magnꝰ

es humilia te in omnibus ⁊ coram deo inuenies gratiam quam supple amisit primus homo per superbiam.

¶ Sextum sigillum fuit donum pietatis. Est autem pietas donum idem ꝙ misericordia secũdum aliquos. Un de Gre. sup illd̃ Job. j. Ibant filii eius ⁊c. dicit ꝙ pietas donum opera misericordie docet. Alii vero volũt ꝙ pietas donũ importet reuerentiam rerum sacrarum ⁊ diuinarũ. Alii autem ponunt duplicem misericordiam vnam que respicit spiritualem necessitatẽ proximi; aliam que respicit corporalem necessitatem ⁊ indigentiam eiusdem primã appellant pietatem. Secundam vero dicũt ꝓprie sortiri nomẽ mie. Et de his duobus dicit Grego. expõnẽs illud verbũ apl̃i. j. Thi. iiij. pietas ad omnia vtilis est. ꝙ omnis sũma disciplie xp̃iane i mia ⁊ pietate cõsistit. Hoc aũt donũ abũdantissime habuit beatus nicolaus. Fuit enim pius erga peccatores eorum salutem toto studio ꝓcurando ⁊ a peccatis eos reuocando. Sciebat enim ꝙ vnicuiq; mandauit deus de ꝓximo suo vt ha. Eccle. xvij. Unde per suam pietatẽ ⁊ sapientiam extirpauit superstitionem dianе quã pro dea colebat popul⁹ exercẽs quosdam ritus gentilium sub quadam arbore illi cõsecrata. Quod cernẽs vir dei nicola⁹ arborẽ ꝑscidi mãdauit ⁊ sic supstitionem extinxit. Fuit etiam pius erga necessitates corporales hominum sicut patuit de maxima q̃titate frumenti qđ accepit a nautis transeũtibus cum promissione ꝙ totum inuenirent cum ad propria puenirent quod ⁊ rei ꝓbauit euẽtus. Magnum fuit ꝙ ad preces helisei ꝓphete. xx. panes adeo multiplicarẽtur vt inde centum homines pascerẽtur ⁊ adhuc ex eis supesset vt legitur. iiij. Re. iiij. Sed iste sanctus mirabili⁹ egit: q꞉ cum accepisset dictum frumentum a nautis: nichil tamen eis defuit de mensura. Insuper frumentũ acceptũ adeo suis precibus augeri ipetrauit vt populo sue regionis fame laboranti sufficeret tam ꝓ victu duorũ ferme annorũ q̃ pro semine. Ecce quomodo per suam pietatem subuenit spiritualiter ⁊ copaliter hoibus.

¶ Septimum sigillum quo sigillata fuit mens nicolai dicit donum consilii. Pro quo notandum ẜm beatum Tho. iij. senten. dist. xxxiiij. arti. ij. ꝙ donum consilii est quo homo accipit hoc quod agendũ est quasi per certitudinem a spiritu sancto edoctus supra humanum modum. Uel alit̃ Donum consilii est quo ho-

mo dirigitur in agẽdis et ca=
uendis : nõ p inq̄ſitionẽ ratio
nis naturalis:ſed quia conſi=
lio accepto a ſpũ ſancto. Uel
dic q̄ donũ cõſilij eſt quo ſpi=
ritus ſctũs dirigit nos in om
nibus p que ordinamur in fi=
nẽ vite eterne: ſiue ſint de ne=
ceſſitate ſalutis ſiue non : ꝑut
declarat S.T.xxii.q.lii. art.
iij.Tunc ergo recte quis con=
ciliatur cũ facit tria que tan=
git Philoſo.iij.Ethico. Pri
mo quidẽ ſi debitũ finẽ ſibi p̄=
ſtituat. Nõ eñ eſt conſiliũ de
principio aut de fine. Secun=
do ſi media accõmoda ad finẽ
inueniat. Tertio ſi temp⁹ cõ=
ueniens conſilio aſſumat. Hec
aũt tria fuerũt in beato Nico
lao. Preſtituit ſiquidẽ ſibi de
bitũ finẽ:ſcilicet deũ:nõ diui=
tias temporales: nõ mundia=
les honores:nõ corporeas vo
luptates:nõ huius ſeculi blã=
dicias:ſed verum deum: cui p
charitatem iugiter inherebat
q̄rvt dicit Hierony. in ep̄la ad
Theodorũ monachũ. Prefe=
ctus ſeruus chriſti nihil aliud
q̄ chriſtuz habet:aut ſi preter
chriſtũ aliud habet perfectus
nõ eſt. Itẽ media cõgruẽtia ad
ꝑueniendũ in vltimũ finẽ inq̄=
ſiuit et inuenit que multa fue
runt. Primuz quidẽ fuit mu=
lierũ vitatio:quas velut peſtẽ
fugiebat: eo q̄ habetur Eccl̄i.
xiii. De veſtimentis procedit
tinea : et a muliere iniquitas
viri. Secundum fuit mũdi de
ſpectio. Unde de eo dicitur:q̄
gloriam mundi ſpreuit cuz ob
lectationibus ſuis. Tertium
fuit modeſta conuerſatio. Un
de dicit̄ de eo q̄ oĩbus ama
bilẽ ſe exhibuit. Itez tempus
conueniens conſilio aſſũpſit.
Non eñ diſtulit conuerti ad
dominum vſq; in ſenectam et
ſenium: ſed ab vberibus m̄ris
ſue crucem penitentie corpo=
ri ſuo impoſuit ieiunãdo bis
in hebdomada:et in ipſa cru=
ce ad finem vſq; perſeuerauit:
adeo : q̄ de eo legitur q̄ oĩm
virtutum chariſmate repleba
tur. Et quia bene vixit ideo fe
liciter migrauit:vt eſſet de nu
mero illoruz de quibus dicit̄
Apocal̄.xiiij. Beati mortui q̄
in domino moriũtur. Nã cuz
ſentiret morti ſe propinquuz
primũ ſuſceptis deuote diui=
nis ſacr̄is rogauit dñm:vt an
gelos ſuos ad eũ mittere dig=
naret̄:q̄ eũ protegerent ab ini
micis ſpiritualibus. Quibus
aduẽtatis p̄rio dicto In ma=
nus tuas domine commendo
ſpiritum.ꝛc.inclinato capite
tradidit ſpiritum : quem ipſi
angeli ad celum detulerunt.
Corpus aũt ipſius terre con=
ditum eſt honorifice: ex cuius
tumba ſacrum reſudat oleum
quo liniti ſanantur ceci : ſur=
dis auditus redditur : et ſoſ=

pes quiſq; regreditur. Job. xxxi. Petra fundebat mihi riuos olei. Unde in eius collecta dicitur. Quod de nullo alio sancto aut sancta legitur videlicet q innumeris adeo decoratur miraculis. Ipſum igitur deprecemur. ꝛc.

¶ Sermo prim⁹ de intemerata cōceptione virginis marie.

Vidi librum ſcriptū intus ꝛ foris ſignatū ſigillis ſeptem Apocal. v.

Tertius liber quē vidit beat⁹ Johānes dicitur liber conceptionis virginal; qui quidem liber ſignatus eſt ſigillis ſeptē: per que deſignātur ſeptem magna teſtimonia puritatis virgis marie: quā habuit in ſua glorioſa conceptione. Sed tamē premittenda ſunt aliqua. Primū eſt q ipſa virgo ſacratiſſima nō fuit hodie concepta illa conceptione quam veneratur eccl'ia. Cui⁹ ratio eſt. Nā eccl'ia non intendit facere feſtū de maria: niſi poſtq̄ fuit capax ſanctificationis. Hodie aūt qñ primū ipſā genuit Joachim ex Anna nō fuit capax ſanctificationis: eo maxime cum nondum haberet animam rationalem Sed hodiernum feſtum referendū eſt ad diem animationis ſue. quando ſcilicet primū anima eius infuſa eſt corpori ſuo organizato: quod forte fuit poſt dies. lxxx. ab hac die: quia tāto tempore ſecundum Auguſtinū diſponitur corpus puelle anteq̄ anima introducatur. Sed quia eccleſia non eſt omnino certa de die preciſa illius cōceptionis ſecunde ſeu animationis: eo q in aliquibus predictū tempus ꝛ dierū numerus acceleratur: in alijs vero retardatur: ſcdm q virtus derelicta in ſemine eſt maior vel minor. Ideo ſtatuit ipa eccleſia dictam conceptionem ſecundam hodie debere celebrari per mundū vniuerſum. Secundum quod eſt notādū eſt q beata virgo non fuit cōcepta ſolo oſculo Joachim et Anne: prout multi ſimplices fatue credunt, argumentum ſumentes ex eo: q vident in eccl'ijs et picturis dictos Joachim et Annam mutuo ſe oſculantes. Que quidem oſculatio referenda eſt ad illā obuiationem: que facta fuit ab ipſis in ingreſſu ciuitatis Hierusalem apud portam aureā prout angelus Gabriel eis p̄dixerat. Fuit ergo cōcepta virgo maria ex viro et muliere.

Nec tantum attribuenduz eſt matri: vt derogetur priuilegio filij ſui: qui ſolus ſine ſemine cõceptus fuit Nã ſicut fuit inter mortuos liber. Ita et inter cõceptos de muliere. Certiuz notandũ eſt ꝙ ipſa beata virgo ſicut concepta fuit more aliorũ hoĩm ita ⁊ nata etiã cuz dolore matris. Pie tamẽ credendũ eſt ꝙ deus cooperatꝰ eſt in tali partu dolorẽ mitigando in parte. Et iſtud eſt cõtra abuſum illorũ qui depingunt natiuitatẽ virginis marie adinſtar ſolis procedentis ex vmbilico beate anne. Si tamẽ iſtud referatur ad puritatem quã habuit ipſa maria in ſua natiuitate: que fuit electa vt ſol tolerabile eſt: alr̃s non. His itaqꝫ prelibatis deſcendẽdum eſt ad librum conceptionis virginalis: qui ſignatus eſt ſigillis ſeptẽ ꝑ que vt dictũ eſt ſignificãtur ſeptẽ teſtimonia probantia chriſtiferã mariã immunẽ fuiſſe ab originali culpa in ſua mirifica conceptione.

¶ Primum igitur ſigillũ eſt teſtimonium diuinarum perſonarũ. Legitur enĩ Geñ. ij. ꝙ poſt formationẽ Ade dixit deus trinitas. Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſoluz: faciamus ei adiutoriuz ſimile ſibi: ſcilicet ad carnalem filiorum ſuorum ꝓpagationem. Et per hoc prefigurabatur ꝙ dñs daret nouo Ade .i. chriſto immaculatam virginem in adiutoriũ ſimilẽ ſibi ad peremptorum veteris Ade filiorum regeneration eꝫ et ad chriſtifideliũ multiplicationem. Unde ad hoc propoſitum dicebat deuotus Bernardus in quodã ſermone de aſſũptione ipſius beate virginis. qui incipit. Signum magnuz apparuit in celo. Et quidẽ inquit ad reſtaurationẽ humani generis ſufficere poterat ſolꝰ chriſtus: qm̃ omis ſufficiẽtia noſtra ex ipſo eſt. Sed bonum non erat nobis hoĩem eſſe ſolum: ſed magis cõgruebat: vt adeſſet noſtre reparationi ſexus vterqꝫ. Itez in alio loco dicit ſic. Sicut ſine ipõ: ſcilicet chriſto deo factum eſt nichil: ita ſine ipſa ſupple maria res factum eſt nichil. Et quõ Eua data Ade veteri in adiutoriũ quo magis foret ſibi ſimilis ipſa fuit os ex oſſibus eius: et caro de carne ſua. Ita et immaculata virgo data Ade nouo in adiutoriũ quo foret magis ſimilis ſibi ipſe fuit os de oſſibus virginis: et caro de carne ſua. In ſignificatioĩbꝰ ãt figuratiuis hoc ſemꝑ cõe eſt et vniuerſale ꝙ figuratum ſemꝑ precellit figurã. Ergo ſimilitudo inter nouum adam ⁊ virginẽ mariam debuit eſſe preſtãtior ꝙ̃ ſimilitudo inter adam veterem et Euam. Sed ſimilitudo inter Adam veterẽ et Euã

tanta fuit: vt ſicut Adam ve⸗tus formatus eſt ſine quacunq; culpa: ita et eua: ergo ſimilitudo inter Adam nouū et immaculatam virginē tanta debet eſſe: vt ſicut ipſe Adam nouus conceptus fuit ſine peccato originali. Jta et immaculata eius mater virgo maria.

¶ Secundum ſigillum dici⸗tur teſtimonium figuratiuū. Ipſa eñ virgo intacta figurata fuit per illam mulierem: q̄ caput ſerpentis erat contritura. Unde Geñ. iii. legit̄ ꝙ deus dixit ad ſerpentem. Inimici⸗tias ponam inter te et mulie⸗rem: et ſemen tuum ⁊ ſemen illius: ipſa conteret caput tuū Nempe ſerpēs ille antiquus et callidus ſolitus erat crudelibus faucibus ſtrāgulare ſingulos filios Ade impingēdo in ipſos originalem culpā in primordio ſue conceptionis. Et hec eſt cauſa ſecundū Ber⸗nardum in libro de decē gradib⁹ humilitatis: ꝑpter quā naſcimur oēs morituri. Naſ⸗cimur inquit om̄es morituri quia prius morimur naſcitu⸗ri: et tanq̄ abortiui naſcimur mortui: quia in vteris matrū ſumus ſtrangulati. Sed dum tortuoſus ille ſerpēs aggreſ ſus eſt ſtrāgulare virginē mariam ſicut ceteros ade filios. nihil mali paſſa ē ab eo: quin⸗immo ipſa ab inſtanti ſue conceptionis tanta gratia ⁊ vir⸗tute dotata eſt: ꝙ caput eius glorioſe conculcauit ⁊ contriuit. Ubi aduertendū ꝙ caput ſerpentis infernalis origina⸗le peccatū deſignat: q2 ſicut ſerpens naturalis ingrediēs locū aliquē primo premittit caput: deinde paulatiue totū corpus illuc pertrahit: ita et demō totus ſerpētinus volēs habitare per peccatū in aīa rationali primo premittit caput originalis culpe: deinde ꝑtrahit ad deteriora: videlicet ad actualia peccata. At vero virgo maria in ſua ſctiſſima conceptione dono dei gratie contriuit caput eius: vt nō tāgeret: nec morderet eam per originalem culpam: nec ex cōſequēti per actualem. Nam ſicut contrito capite animalis in quo viget principiū motus et ſenſus ipſius animalis nul⸗las habet vltra vires ipm animal. Sic ſerpēte infernali in ſuo prīo aggreſſu a maria ſu⸗perato: quaſi contrito capite nullas vires in illam vlteri⁹ habuit: ſed omnem poteſtatē ſup eam in perpetuum amiſit Modo ſi dicatur: ꝙ fuerit in originali cōcepta: conſequēs eſt dicere ꝙ fuerit a ſerpente ſtrāgulata: ideo. ⁊c.

¶ Tertium ſigillum dicitur teſtimonium comparatiuum. Scriptura nempe ſacra com⸗parat ipſam almam: redem⸗ptoris matrem multis rebus

que ſpiritualiť intellecte dāt aperte nobis intelligere ipſius ſanctitatem et immunitatem ab omni peccato tā actuali q̄ originali ſicut ſpecialiter patet legenti.xxiiij.capi.libri Eccleſiaſtici. Ubi myſtice introducũtur verba eiuſdem virginis dicẽtis. Quaſi cedrus exaltata ſum.ꝛc. In quibus verbis multis rebus ſe comparat Sed de multis tãtum decem proſequemur. ¶ Primo quidem comparat ſe cedro dicẽs. Quaſi cedrus exaltata ſuꝫ in libano.i.in eccleſia. Eſt autem cedrus arbor imputribilis/virorem ſuum ſemper retinens et valde alta: ita vt Rabanus ſuper pſalterium vocet eã dominam et reginã arborꝫ. Hec aũt valde cõgruũt virgini marie que fuit imputribilis ĩ ſua cõceptiõe. Imputribilis inq̄ per negationem actus: et ſi nõ per negationem potentie. Ex quo enim per commixtionem ſeminum fuit propagata nata erat concipi cũ originali peccato ſi non fuiſſet diuinitꝰ preſeruata. Scđo virorem gratie ſibi collate in ſua conceptione ſemꝑ retinuit quo aduixit per carentiam oĩs actualis culpe. Fuit enim tāq̄ lignum qđ plantatum eſt ſecus decurſus aquarum ſupple gratiarum: quod fructum ſuũ dedit in tẽpore ſuo: ſcꝫ xp̄m. Et folium eius: id eſt viror gratie: non defluet ſupple per culpam. Tertio fuit domina ꝛ regina omnium arborum: id eſt oĩm electorum tam angelorum q̄ hominum in ſua glorioſa aſſumptione. Ecce q̄ bene comparatur cedro. ¶ Secundo principaliter comparat ſeipſam cypreſſo cum ſubdit. Et quaſi cypreſſus in monte ſyon: ſupple exaltata ſum. Hãc autem proprietatẽ habet cypreſſus ꝙ eſt arbor valde odorifera. Propter quam cauſam inde ſolẽt fabricari throni imperatorũ et regum. Sic ꝛ virgo Maria fuit etiam ab inſtãti cõceptionis ſue adeo odorifera per redolẽtiam oĩs ſanctitatis ꝙ in ea ille qui eſt rex regum ꝛ dñs dñantium ſibi elegit thronuꝫ et tabernaculum ĩ quo corporaliter hitaret: ſm ꝙ ipſamet dicit Eccľ.xxiiij. Qui creauit me requieuit ĩ tabernaculo meo ¶ Tertio comparat ſe palme ſubdens. Quaſi palma exaltata ſum in cades. Palma nẽpe ſignum eſt victorie/et titulus triumphalis quo ſolet ornari et decorari manus victoris. Propterea de electis dicitur Apoca.vij. ꝙ ſtant ante thronum: et palme in manibꝰ eorꝫ. Et quoniam virgo maria fuit victrix aduerſus ſerpẽtem antiquum caput eius conterendo in ſua conceptione prout dictum eſt. Ideo merito comparat ſe palme. ¶ Quarto cõ

parat ſe roſe: cũ ſubdit. Et qua ſi plantatio roſe ĩ hierico: ſupple fui. Roſa eñi inter oẽs flores habet hanc ingenuam conditionem ꝙ et ſi cum vepribus ⁊ ſentibus naſcatur ſpinoſis nullum tamen ab ipſis trahit aculeum. Ad propoſitum ſpine frequenter in ſacra ſcriptura ſignificant myſtice peccata: vt ibi Geñ. iij. Maledicta terra ĩ opere tuo: ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Quod myſtice exponunt communiter doctores de terra nr̃e carnis que originali peccato ſeminata, germinat nobis ſpinas concupiſcentiarum ⁊ tribulos libidinum. Congrue ergo virgo Maria roſe comparatur: que de parentibus originali peccato infectis, tanꝙ roſa de vepribus et ſentibꝰ nata: et inter ſpinas ⁊ tribulos libidinum concepta: nullum ex parentibus contraxit originalis culpe aculeum. Et hoc tehoc teſtatur noſtra mater ſancta eccleſia que de ea canit dicẽs. Sicut ſpina roſam genuit iudea mariam. Item ad idem Et ſicut dies verni circũdabãt eam flores roſarum ⁊ lilia cõuallium. Non autem dicit eccleſia ꝙ circundabant eam rami roſarum: ſed dũtaxat flores roſarum. Sed quare hoc. Certe quia rami roſarum ſũt ſpinoſi et hiſpidi: flores autẽ lenes et a ſpinis et aculeis expertes. Et ideo ſancta mater eccleſia vt profiterẽtur immaculatam dei genitricem virginem Mariam in ſua benedicta conceptione de parentibꝰ originali peccato infectis tãꝙ puriſſimũ roſe florem de ramis ſpinoſis nullam cõtraxiſſe peccati ſpinam: ſuppreſſo ramorum nomine de ſolis floribus facit mentionem dicens. Et ſicut dies verni circũdabant eã flores roſarum et lilia conuallium. ¶ Quinto ipſa dei genitrix virgo Maria comparat ſe in predicto capitulo oliue dicẽs. Quaſi oliua ſpecioſa in campis: ſupple fui. Habet enĩ oliua amaritudinem in radice: ſed habet dulcedinẽ in fructu. Sic ⁊ radices digniſſime virginis marie de quibꝰ habetur Mathei. i. cap. Liber generationis ieſu xp̃i filij Dauid filij Abraham. ⁊c. Fuerũt oẽs ⁊ ſingule amare per originalem culpam: ſed fructꝰ talium radicum .i. virgo maria habuit omnẽ dulcedinem per gratiam in ſua benedicta conceptione. Ideo vocat ſe oliuã ſpecioſam in cãpis. i. in vtraꝗ eccleſia. Primo nãꝗ fuit oliua ſpecioſa in campo vteri beate Anne matris ſue per ſanctificationem. Deinde in campo huius mundi per vite ſanctimoniam. Demum nunc in cãpo eccleſie triũphantis ipa eſt multum decora ⁊ ſpecioſa per

glorificatiōem. Vñ ps. Aſtitit regina .i. virgo Maria a dextris tuis i veſtitu deaurato .i. in corpe glorificato vt pie creditur: circūamicta varietate: id eſt quadruplici dote: vez agilitatis: claritatis: impaſſibilitatis: ſubtilitatis. Vnde ipſa poteſt dicere illud ps. Ego ſicut oliua fructifera in domo dei ſupple ſui. Nunquid iſta oliua fuit valde fructifera i domo dei .i. in eccleſia militante quandoquidem nobis attulit illum benedictum fructum ligni vite Jeſum xpm? Item nūquid et modo iſta oliua eſt valde fructifera in domo dei .i. in eccleſia triūphante quādo ſcʒ non ceſſat ibi orare pro ſalute omnium noſtrum? Ecce quomodo maria conuenienter vocat ſe oliuam.

¶ Sexto comparat ſe platano cum ſubdit. Et quaſi platanus exaltata ſuʒ iuxta aquam in plateis. Vnde aduertēdum ꝙ platan⁹ nomen arboris eſt. Et dicit̄ a platos grece quod eſt latum vel amplum latine: quia de facto dicta arbor ampla eſt et lata tam i ramis ꝙ in folijs: et ideo merito deſignat virginem Mariā que eſt tam ampla et lata vt omnes poſſit abſcondere ab ardore ſolis ire dei. Jdeo illi canit eccleſia dicens. Sub tuum preſidiū confugim⁹ ſancta dei genitrix noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris. Jſta ergo platanus fuit valde exaltata ſupra ceteros Ade filios et filias iuxta aquam: ſcʒ gratie et ſanctificationis i ſua conceptione. Sed vbi exaltata fuit. Certe in plateis: id eſt in eccleſia militante et triūphante: in quib⁹ plateis dātur deo laudes de ipſa ſanctiſſima conceptione. Et hoc eſt quod canit eccleſia i introitu miſſe hodierne. Gaudeamus oēs i dño diem feſtum. &c. Sequitur De cuius conceptione gaudēt angeli et collaudant filium dei. De qua conceptione poſſum⁹ dicere qđ in conſimili de eius natiuitate dicit deuot⁹ Bern. Nec enim feſtis laudib⁹ concepta honoraretur ſi non ſancta conciperetur.

¶ Septimo Octauo et nono comparat ſe vnguentis valde odoriferis: cum dicit. Sicut cinnamomum et balſamū aromatiʒans odorem dedi: quaſi mirrha electa dedi ſuauitatē odoris. Queadmodum ergo hec tria ſunt maxime redolentia et contra egritudines corporum proficua: ita et Marie conceptio tam odorifera fuit vt vſqꝫ ad nares dei et ſanctoꝶ angelorum aſcenderit. Vnde ad hoc propoſitum poteſt dicere illud Canti. ij. Dum eſſet rex in accubitu ſuo nard⁹ mea dedit odorem ſuum. Per nardum autem arborem paruam

ſed odoriferā/ſignificatur ſtatus Marie quem habuit i ſua conceptione. Tunc enim fuit parua ꝙtitate molis:ſed magna ꝙtitate virtutis ⁊ redolētie ſingularis. Item hec conceptio deuote eam colentib⁹ eſt valde proficua contra egritudines anime. Unde Sixtus quartus dedit conſimiles indulgētias vere colentib⁹ hoc feſtum quales collate ſunt ab Urbano.iiij. i feſto corpis xp̄i

¶ Decimo ⁊ vltimo virgo ſacratiſſima comparat ſe viti dicens vbi ſupra. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris. Uitis enim dum floret hāc virtutem habet ꝙ ſolo odore ſuo aut expellit aut extiguit buffones ⁊ ſerpentes. Ita ⁊ hec virgo ſanctiſſima i ſua intemerata conceptione tantum redoleuit per oīm cariſmatū abundātiam ⁊ ſanctimoniam ꝙ in ea penitus extinctum fuit venenum ſerpētis antiqui:quod in ceteros homines quodammodo transfundit:vcʒ peccatum originale a quo penitus ꝓſeruata fuit ex ſpecialiſſimo dei dono quod nemini alteri in natis quidem mulierū creditur eſſe donatum. Noli tamen intelligere predictum virus ſic i ea fuiſſe extinctū quaſi prius eaʒ infecerit : ſed quia infeciſſet niſi preſeruata et priuilegiata fuiſſet. Ecce quomodo ipſa Maria quaſi vitis fructificauit.i.fructum fecit i ſua conceptione. Sed qualem fructum fecit:certe ſuauitatē odoris. Nos autem cum concipimur ſumus quaſi vitis ſylueſtriſque facit fructum amarū et agreſtem:et ideo fructificamus non ſuauitatem odoris: ſed abhoiatiōeʒ fetoris ⁊ horroris adeo vt ſimus abhoiabiles deo ⁊ angelis eius.

¶ Quartum ſigillum inuiolate conceptionis virginalis dicitur teſtimonium propheticum. Huic eñ miſterio teſtimonium perhibent prophete Et quidem ipſe Dauid ꝗ fuit eximius ꝓphetarum p̄s.ix.ſatis ad ꝓpoſitum loquitur dicens. Queretur peccatū illi⁹: ſcʒ virginis Marie in ſua conceptione:et nō inuenietˀ. Sed vbi queretur. Certe in triplici lege ſcʒ nature:ſcripture ⁊ gr̄e

¶ Primo quidem pōt queri peccatum originale in virgine Maria ſm legē nature ſic arguēdo. Quēadmodū Adam acceperat iuſticiā originalem ꝓ ſe et tota poſteritate ſua:ſic eā perdidit per peccatum ſuū pro ſe et vniuerſa poſteritate ſua. Sed ſic eſt ꝙ virgo Maria fuit de poſteritate ade tāꝗ eius filia ſm ſeminalem rationem ab eo deſcēdēs:ergo debuit priuari iuſticia originali et per cōſequēs cum originali peccato concip¹. ¶ Sc̄do poteſt in ea queri pctm̄ origina-

le ſm legẽ ſcriptã ſic arguẽdo
Ubicūq̃ lex vetus loquitur de
pctõrib⁹ ſolū eximit xp̄m pro
phetatū in lege/nullā faciens
mẽtionem de virgine Maria
vt eſt illud Eccleſiaſtes.vij. Uirū
de mille vnū repperi: mulierẽ
ex oib⁹ non inueni. Item i ps
Oẽs declinauerũt ſimul inu-
tiles facti ſunt: non eſt qui fa-
ciat bonū non eſt vſq̃ ad vnū:
ſcʒ xp̄ʒ ſm glo. interl. Ubi aūt
ſcriptura loquit̃ ita vniuerſa-
liter ꝛ ſine diſtictione: nec nos
diſtinguere debem⁹. Et nota
ꝙ hic capio legẽ ſcriptā ꝑut ſe
extẽdit ad ꝓphetas. ¶ Ter-
tio põt queri pctm̄ originale
in virgine maria ſm legẽ grẽ.
Paul⁹ em̄ Ro.iij. dicit ꝙ oẽs
peccauerũt ꝛ egẽt glīa dei. i. iu
ſtificatione per quā de⁹ appa-
ret glīoſus. Item eiuſdem.v.
Per vnum hoīem pecatuʒ in
hunc mūdum intrauit: et per
peccatum mors: et ita in oẽs
hoies mors pertrãſijt in quo
oẽs peccauerũt. Ecce quō tri-
plici via ſeu lege põt queri pec
catū originale in virgie Ma-
ria. Sed reuera hodie loquẽ-
dum eſt vt plures: et preſertim
vbi ſapiẽtes reputãtur. Nã pe
hac tẽpeſtate in alma faculta-
te theologie Pariſienſi null⁹
admittitur ad cetū doctoꝝ ni
ſi prius preſtito iuramẽto de
dogmatizãdo xp̄iferam Ma-
riā ab originali labe fuiſſe ex-
pertem: qđ ꝛ ipe preſtiti: ſ̃uis
indignus tanto cetui annume
rari. Ob eam rem partem iſtā
tuendo ꝛ ad ꝓpoſitum redeū-
do dico ꝙ vbicunq̃ queratur
originale peccatum virginis
glorioſe non poteſt veraciter
ibi inueniri: nec euidenter cõ-
cludi ex his que adducta ſunt
ex triplici lege. ¶ Ad primum
igitur argumentum pro lege
nature dico ꝙ et ſi Adam pec
cãdo demeritorie ꝑdiderit iu
ſticiam originalem et gratiã
et virtutes ꝓ ſe ꝛ ſuis: non ta-
men alligauit diuinam mīam
et pietatem quin potuerit vnū
vel plures eximere a perditio
ne tanti boni. Et poteſt dari
exemplum de patre offenden-
te regiā maieſtatem: qui pro-
pter hoc meretur mortẽ et ex-
heredationẽ quo ad filios ſu-
os. Rex tamen põt vni vel plu
ribus filioꝝ ſuoꝝ facere miſe-
ricordiā et reſtituere heredita
tem paternā. Ita in ꝓpoſito.
¶ Ad ſcōm de lege ſcripta di
co in primis ꝙ vt cõiter dicit̃
non eſt regula tam generalis
que i aliquo caſu particulari
non patiat̃ exceptionẽ. Pre-
terea dico ꝙ predicte auctori-
tates ꝛ ſi que ſunt ſiles debent
pie intelligi: vcʒ de cõi lege ſi-
ue de iure/ſed non ſemꝑ de fa
cto. Potiſſime illa Oẽs decli
nauerũt. ꝛc. At illā aūt que eſt
ſalomonis dico cum de Lyra
ꝙ ſenſus eſt. Uirū de mille vnū
repperi: ſcʒ ſctm̄ et virtuoſum

mulierē ex omnib⁹ non inueni: ſcʒ virtuoſā. Non quidē ſic ꝙ nulla fuerit talis: ſed quia pauciſſime ſunt tales: ſicut ſolet dici. ꝙ nullus eſt in ſermone ſeu in foro: vbi tātū pauci ſunt. Poteſt etiā dici ꝙ ſolus xp̄s fuit impeccabilis per naturam Maria aūt fuit impeccabilis per gratiam: ⁊ per hoc ſolui poſſunt multa argumēta. Uel dic ꝙ vir vnus de mille repertus eſt xp̄s qui ſolus potuit redimere humanū genus: mulierē ex oībus non inueni: que ſcʒ poſſet tantū op⁹ peragere: neqʒ etiā beata virgo vt conſtat. Ad tertium de lege gratie: ſatis patet ex dictis. Bñ em̄ cōcludūt dicte auctoritates ꝙ beata v̄go cōtraxiſſet origiāle pct̄m ſi nō fuiſſʒ p̄ſeruata ⁊ ſpēalit̄ p̄uilegiata.

¶ Quintum ſigillū probās ſanctā fuiſſe cōceptionē virginis marie ѻ teſtimoniū ſacrorū doctorū ab eccl̄ia approbatorū. In p̄mis nēpe beatus Ambro. in ſermōe quodā de btā v̄gine loquēs ѻ ſic. Hec eſt virga in qua nec nod⁹ originalis. nec cortex vēīalis culpe fuit. Itē ſcd̄o beat⁹ Augu. in libro de natura ⁊ gr̄a ѻ ſic Cū de pctis agit̄ nullā prorſus volo queſtionē de dn̄i matre facere. qua accepta ſi omnes ſācti ⁊ ſācte cū hic viuerēt interrogati fuiſſent vtrū ſine pctō eſſēt: omnes vna voce clamaſſēt. Si dixerim⁹ ꝙ pct̄m nō habem⁹ noſmetip̄os ſeducim⁹ ⁊ v̄itas in nobis nō eſt. Item tertio Hiero. Null inq̄t dubiū eſt de m̄re dn̄i quin talis debuit eē q̄ de pctō tedargui nō poſſet cū hoc fuiſſet ad improperiū filii ſui Itē idē ad Euſtochion. Quicq̄d inq̄t poteſt fari lingua carnis micius eſt a laude genitricis. Itē idē Hiero. Ceteris inq̄t v̄ginib⁹ p ptes preſtat̄ gr̄a: marie vero ſe totā infudit gr̄e plenitudo q̄ fuit in xp̄o ꝙꝙ aliter ⁊ alit̄ quia i xp̄o fuit plenitudo gr̄e tanꝙ in hoīe perſonaliter diffinito: in maria vero vt in tēplo ſingulariter conſecrato. Uel aliter in xp̄o fuit plenitudo gr̄e ſicut in capite influēte in maria v̄o ſicut in collo trāſfūdēte. Hec ille. Itē quarto deuot⁹ Ber. i quodā ſ̄m. de natiuitate eiuſd̄ v̄ginis q̄ incipit de gaudiis ad gaudia ѻ. ꝙ caro v̄ginis ex adā ſūpta maculas ade nō admiſit Itē idē i ſ̄m. de eadē natiuitate. Puto inq̄t ꝙ copioſior ſanctificationis gratia in ipſam deſcenderit que non ſolum eius ſāctificaret ortum: ſed ⁊ vitam ipſius ab omni peccato deinceps immunē cōſeruaret.. Itē hoc venerabilis Anſel. in libro de cōceptu virginali. c. xviii. ѻ ſic. Decuit vt cōceptio illius hominis ex matre fieret puriſſima tanta puritate qua ſub deo neq̄t

maior intelligi cui deus pater vnigenitũ ſuũ quẽ de corde ſuo genuit equalẽ ſibi ita dare diſponebat vt etiam naturalis atq; vn⁹ ⁊ idẽ dei patris ⁊ virginis filius ſubſtantialiter eſſet. Item idẽ Anſel. in libro de exordio mũdane ſalutis ðt ſic. Si de⁹ cõſetanee cõfert vt inter ſpinas a ſpinis remotũ cõcipiat liliũ ſimul ⁊ formetur non potuit hoc facere filius matri ſue: Sequit. Plane inquit potuit ⁊ voluit: q; ſi voluit fecit. Similiter idem Anſel. in ep̃la ad coepiſcopos anglie ſcribit di. Nõ puto inquit verũ amatorẽ virginis qui celebrare reſpuit feſtũ ſue cõceptionis. Item. vj. Ricard⁹ de ſancto victore in ſermone qui incipit Nondũ erant abyſſi dicit ſic. Non decuit vt caro marie qualicũq; foret obnoxia culpe nam dei ſapientie indignũ credim⁹ vt quã ad lucẽ gentiũ deſtinauit primitatis tenebris ſineret inuoluere. Nec erit ingratus ꝓ prie matri qui patris matriſq; honorem p̃cepit exhibere. Sũt ⁊ alie multe auctoritates hoc idem ꝓbãtes: ſed de multis hec pauca ſufficiant.

¶ Sextũ ſigillum dicit teſtimoniũ infideliũ ⁊ potiſſime illius reprobatiſſimi viri machometi: refert eñi magiſter Nicola⁹ de lyra q; in libro alloquan qui eſt autenticus apud ſarracenos dicit enchorea q; audiuit nũciũ dei dicẽtẽ. Nullus de filiis adam naſcitur quẽ non tangat ſathan ⁊ ideo plorat vociferãs ex ei⁹ tactu preter mariã ⁊ filiũ ei⁹. Si ergo impur⁹ ⁊ ſacrilegus ille apoſtota machomet⁹ hãc reuerentiã exhibet immaculate virgini vt ipſã eximat ab illo gñrali filiorũ adã opprobrio: multo forti⁹ nos catholici hoc ſentire debem⁹. Magnũ eñi eſt habere teſtimoniũ ab his qui foris ſunt. Sed dicet fortaſſis quiſpiam nos impertinenter allegare dictum tam ſcelerati viri in confirmationẽ tante veritatis maxime cũ dicat Auguſtin⁹. libro de vera religione q; non eſt religio a philo. querenda. Audiat igitur talis non meã ſed eiuſdem. Augu. ſentẽtiã libro ij. de doctrina xp̃iana loquẽs de doctrina philo. dicit. q; ſi qua vera philo. dixerunt ab eis ſunt tanq; ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrũ vendicanda. Unde in figuram huius legitur exod. xi. q; filii iſrael ſpoliauerũt egyptios qñ ab eis exierũt. Ubi p egyptios qui interpretantur tenebroſi ſignificãtur. omnes illi q̃ non habent lumẽ fidei: per filios autem iſrael qui interpretat videns ſignificãtur xp̃iani q̃ vident deũ p fidem in preſenti. Ubi ergo recte poſſunt ſpo-

liare quotquot nō credūt in xp̄m ꝙ tū ad id qđ verū dicūt ꝛ qđ poteſt facere ad ſuū ꝓpoſitū: ſm ꝙ ſcriptū ē Prouer. ix. ꝙ ſapiētia miſit ad ancillas vt vocaret eas ad arcem. Vñ beda ꝛ recitat᷑. di. xxxvij. Turbat vtiq̄ ſi q̄ iueniant᷑ vtilia in ſecularibus libris. i. in libris gentiliū vt dicit ibi glo. quaſi ſua ſumere licet ꝛ huiuſmodi vtilia que in eis inueniunt. ad vſum ſacre eruditionis deuoti vertant. Hec ibi.

¶ Septimū ſigillū per quod ſigillatur veritas ꝛ puritas inuiolate cōceptionis dei genitricis marie dicit᷑ teſtimonium legum imperialiū ſecū dum quas tam auguſt⁹ ꝙ auguſta legibus ſoluti ſūt ꝛ priuilegiati. Modo ſic eſt ꝙ xp̄s ſūmus auguſtus vtpote rex regum ꝛ dñs dominantium: fuit a lege originalis peccati ſolutus ꝛ liber: ergo etiam ꝛ auguſta ſeu imperatrix maria. Item ſcribitur in digeſto nouo: de verborum ꝛ rerum ſignificatiōe ꝙ princeps bona concedendo videtur etiam obligatiões cōcedere. Modo ſic eſt ꝙ dñs cōceſſit maxima bona ipſi beatiſſime v̄gini vtpote ꝙ eſſet mater filii ſui ꝙ conciperet ꝛ pareret filium ſuum cum integritate virginitatis ꝛ huiuſmodi. Sequit᷑. ergo ꝙ illam vniuerſalem obligationem concedere debuerit per quā omnes filii ꝛ filie adam obnoxii ſunt culpe originali. Et ſic patet intentum: vꝫ ꝙ beatiſſima dei genitrix maria fuit a labe originalis culpe oīmode preſeruata. Cuius precibus nobis donet ieſus xp̄s gratiā in p̄ſenti ꝛ glīam futuro. Amen.

¶ Sermo ſecundus de eadē conceptione.

Vidi librum ſcriptū intus ꝛ foris ſignatū ſigillis ſeptem Apo. v. Tertius liber quē vidit beatus Iohā. dicit᷑ liber cōceptionis virginalis De quo dicitur in themate ꝙ ſignatus eſt ſigillis ſeptem Ubi per ſeptem ſigilla intelliguntur ſeptem illi verſus qui habent᷑ Pſal. lxxxv. qui incipit. Fūdamēta ei⁹ ꝛc. Hic aūt pſalm⁹ ſi nude ꝛ diligēt᷑ diſcuciatur tot⁹ exponit᷑ de conceptione ꝛ laude puriſſime virginis marie ꝓut plenius patere pōt in deductiōe eiuſdē.

¶ Primū igitur ſigillū eſt p̄m⁹ verſus huius pſalmi qui ſic incipit. Fundamenta eius ꝛc. Pro quo notādū ꝙ regi⁹ ꝓpheta dauid in ſpiritu prophetico ꝓuidēs xp̄ifere marie cōceptionem cōparat eā ciuitati ſicut patet ibi. Glorioſa dicta ſunt. ꝛc. In primo igitur ſigillo loquitur de conſtructione hui⁹ ciuitatis cum

p̄mittit dicēs. Fundamenta eius in montibus ſanctis .i. fuerūt montes ſancti quales fuerunt ſāctiſſimi illi patriarche: reges: duces: ꝛ prophete: ex quorū origine deſcēdit ip̄a virgo maria: quales fuerunt abraham: yſaac: iacob: dauid: ioachim ꝛ ſimiles: de quibus plane habet̄. Math. j. Liber gn̄atiōis ieſu xp̄i filii dauid ꝛc. Itē Lu. iij. Factū eſt cū baptizaret̄ omnis popul9 ꝛ ieſu baptizato ꝛc. Horū tn̄ fūdamētorū multi fuerūt peccatores ſicut dauid ſalomō ꝛ ſimiles. Sed ex hoc non debet vitiari virgo maria alias et fili9 ei9 xp̄s vitiari deberet q̄ ex eiſdem per eā deſcendit q̄uis aliter ꝛ aliter. Propterea Augu. ꝛ recitat̄ di. lvj. Undecūq; dt̄ vnde: ſiq; hoīes naſcant̄: ſed parentū vitia nō ſectant̄ honeſti ꝛ ſalui erūt. Semē eni hoīs ex q̄licunq; hoīe dei creatura eſt: ꝛ eo male vtētib9 male erit: nō ip̄m aliq̄n malū erit. Itē c. ſequēti qḋ incipit. Nūq̄ dt̄ Criſo. Nūq̄ de vitiis erubeſcam9 parentū ſed ſemp̄ amplectamur virtutē. Si qs eni matrē habet fornicatiōe pollutā vel quolibet huiuſmodi dedecore ſordidatā. nichil tn̄ de eius aut vtilitate fuſcabit̄: aut crimine polluet̄. Et poſt pauca. Non eſt inquit Criſo. omnino de virtute nec de vitio parentū aut laudand9 aliqs aut vituperandus nemo vere inde aut obſcurus aut clarus eſt. Hec ille. Unde in p̄ncipio p̄dicte diſtinctiōis adducunt̄ multa exēpla de multis qui de iniquo coitu geniti fuerūt ꝛ tamen adeo virtuoſi extiterūt q ad ſūmū p̄ſulatū ſublimati ſunt. ſicut Oſius papa qui fuit filius ſtephani ſubdiaconi. Itē Bonifa. pa. fuit filius iocūdi presbyteri de titulo faſciole. Itē Agapit9 papa fuit fili9 gordiani presby. Itē Theodorus papa fuit filius Theodori epiſcopi de ciuitate hieroſolimā ꝛ ſic de multis aliis. Non itaq; inficitur conceptio dei genitricis ſi ex peccatoribus p̄ceſſit: cui9 ꝛ ſi fundamenta aliqua ꝛ remota ruinoſa fuerūt p̄ culpam: nichilomin9 propinqua mōtes ſācti fuerūt q̄les extiterūt Joachim ꝛ anna de q̄b9 dt̄ Hiero. q erant ambo iuſti apud deū vacantes elemoſynis: ieiuniis: obſecrationibus ꝛ ſanctis opibus. Et de iſtis duob9 mōtibus pōt intelligi illḋ Pſal. Suſcipiāt mōtes pacem pplo .i. ſuſcipiant Joachim ꝛ anna per viam generationis humane Mariam que data eſt huic mūdo a deo patre vt eſſet medium pacis pro peccatorib9 apud ipſum deum. Item de iſtis duobus montibus poteſt intelligi illud verbū eiuſdem Pſalm. iſte. Rigans mō

tes de ſuperioribus ſuis. Tūc enim rigauit deus mōtes de ſuperioribus ſuis quando miraculoſe dedit cōceptum beate anne ſterili ex antiquo marito. Jam enim vtriq; proceſſerant in diebus ſuis vt dicit Hieronym⁹. Uel dic q; fundamenta huius ciuitatis dei fuerunt in montibus ſanctis.i. fuerunt montes ſancti vtpote profunda humilitas ardēs charitas: fidei firmitas: ſpei ſublimitas ꝛ huiuſmodi. Sequitur. Diligit domin⁹ portas. ſyō.o.t.J. Pro intellectu huius premittendū eſt q; virgo maria merito poteſt dici ſyon. Syon enim hebraice: latine interpretatur ſpecula. q2 ad literam ſyon mons eſt in hieruſalem ex quo de lōge venientes contemplari poſſunt inſup olim in illo monte erat caſtrum munitiſſimū quo ptegebatur ciuitas. ¶ Ad ppoſitum ſyon recte ſignificat beatam virginem quia a lōge ſpeculata eſt futura p oculum pphetie: ſicut patet Luce.j. cū dicit. Ecce ex hoc: ſcʒ q; concepi dei filium beatā me dicent omnes generationes. Nonne etiam bene dicitur ſpecula quando quidē ſemper tenuit rectam fidem. Unde illi canit eccleſia. Gaude virgo maria cunctas hereſes ſola interemiſti ꝛc. Jtem bene dicitur ſyon quia data eſt nobis in tutamē ꝛ refugium contra aduerſarium noſtrum demonem. Propter qd̄ canimus ei dicentes. Sub tuum preſidium confugimus ſācta dei genitrix. Huius autem ſyon porte duplices fuerunt: ſed interiores et exteriores. Interiores quidē fuerunt intellectus: memoria ꝛ voluntas. Non intellectus tāq; prima porta aperit ſe domino cū cogitat' quis de ſua ſalute ꝛ de morum emēdatione: atq; peccatorum confeſſione. Deinde voluntas ſe aperit dn̄o cum conformiter vult ad rectū iudiciū.i. Tandē aūt memoria tanq; tertia porta ſe domino aperit cū ipſius beneficia recolit. Et ſic per talem modum ingreditur domin⁹ in animas noſtras. Unde ipſe ait Apoca.iij. Si quis michi aperuerit ītrabo ꝛc. Jſtas igitur interiores portas ſyon.i. virginis marie diligit dominus ſuper omnia.t.i. id ē pl⁹ q; portas interiores aliarum virginum que hic appellantur. Jacob eo q; luctantur cōtra carnem. Dilexit itaq; dominus portam intellect⁹ huius ſyon: quia ſemper rectum habuit iudicium tam practicum q; ſpeculatiuum: tam in moribus q; in fide. Jtem dilexit portam voluntatis eius quia ſemper illi aperta fuit per conformitatem: et nulli alteri patuit. Jtem dilexit

portam ſue memorie: qꝛ bene
ficiorꝝ ſuorꝝ illa nequaꝙ̄ ime-
mor extitit. Vñ ꝛ dicebat grãs
agēs dño Luce.i. Magnificat
aīa mea dñs: qꝛ fecit mihi ma
gna q̄ potēs ē ꝛ sanctū nomen
ei⁹ Exteriores ꝟo porte hui⁹
ſyon fuerūt tres ſenſus corpo
rei: vcꝫ aures/os/oculi: q̄ qui
dem porte fuerūt mūdo clau-
ſe: ſed dño ſoli aperte. Aures
nēpe ei⁹ que erāt clauſe cōtra
mūdi ſtrepitū: qñ angelus in-
greſſus eſt ad eā aperte ſunt ſa
lutationi ei⁹. Item os ipſius
quod clauſum erat cōtra ꝟba
viciosa et ocioſa apertū eſt qñ
angelo reſpōdit dicens. Quo
fiet iſtō qm̄.ꝛc. Item oculi ei⁹
que clauſi erāt cōtra ſeculi va-
nitates aperti ſunt ad cōtēplā
dum piſſimū filiū in cruce pē
dentē et dicētem. Mulier ecce
fili⁹ tu⁹ Ioh.xix. Unde de vna
quaqꝫ harū portarū pōt ſigil
latim intelligi illō Eze.xliiij.
Porta hec clauſa erit ꝛ nō a-
perietur: ſcꝫ advitia ꝛ peccata
qm̄ dñs deus iſrael ingreſſus
eſt per eā. Iſtas igitur portas
exteriores beate virginis dili
git dñs ſup oīa tabernacula ia
cob.i. pluſꝙ̄ corpora ꝛ ſenſus
quarūcūqꝫ aliarū virginum:
eo ꝙ earꝝ tabernacula.i. corpo
ra nūꝙ̄ ſic ſecura ſunt quin ſe
pe titubēt per inſultus libidi
num venialiter peccādo. Sed
non ſic titubauit tabernaculū
hui⁹ virginis: maxie cū i ſcōa
eius ſctificatione fuerit ab ea
totaliter ablatus fomes pecca
ti qui erat prius ligatus.

¶ Scōm ſigillū continet illū
ꝟſum ſequētem. Glorioſa di-
cta ſunt de te ciuitas dei. Ubi
aduertēdum ꝙ virgo Maria
hic appellatur ciuitas dei: et
quidem recte. Ciuitas eñi di-
citur quaſi ciuiū vnitas. Nam
ſm̄ Iſidorꝝ ciuitas eſt cōcors
hoīm multitudo ſocietatis vi
culo adunata. Beata igit̄ ma
ria merito hic appellatur ciui
tas: eo ꝙ in ea fuit vnio ꝛ con
cordia ciuiū.i. rōnis ꝛ ſenſualī
tatis. Nō eñi in ea rebellabat
ſenſualitas cōtra rōnem: ſicut
in Paulo qui Ro.vij. dicebat
Uideo aliam legem in mēbris
meis repugnātem legi mētis
mee ꝛ captiuātē me i lege pec-
cati.i. inclinātem ꝛ trahētem
me ad peccatū actuale. De cōi
eñi lege in oib⁹ filijs Adam ca
ro concupiſcit aduerſus ſpm̄:
et ſpūs aduerſus carnem. Hec
eñi ſibi inuicem aduerſantur.
Gala.v. Non ſic aūt fuit invir
gine Maria: in qua nullo pa-
cto ſenſualitas inſultabat con
tra rōnem: quinimo ratio im
perabat in ea ꝛ ſenſualitas ob
tēperabat ꝙ̄tum ſtatus vie pa
titur. Propterea ipa merito
prefigurabatur per archā noe
in qua aīalia quātūcūqꝫ a na-
tura ferocia: pacifice tñ ſub eo
dem commorabantur tecto.
Unde eidem dicere poſſumus

illud pſal. Poſuit ſupple de⁹ fines tuos pacē. Et notanter vocatur maria ciuitas dei: q2 in ea ſolus deus habitauit per gratiā et tandē per carnis aſſūptionē: nūq̄ aūt aduerſarius per culpā. Unde ipſa dicere poterat poſt filiū ſuū illud Joh. xiiij. Uenit princeps mundi huius: et in me non habet quicq̄.

¶ De hac itaq̄ ciuitate glorioſa dicta ſunt.

¶ Cum per patriarchas ſub figuris et enygmatibus.

¶ Cū per prophetas ſub preconijs et ꝓmiſſionibus.

¶ Cū per gētiles et ſybillas ſub vaticinijs et viſionibus.

¶ De primo patet Exod. iij. vbi legit̄ q̄ Moyſes vidit rubū ardentē et non cōburentē. Per quod ſignificatur inuiolata virginitas marie nō obſtāte q̄ ꝑ eā tranſiret dei fili⁹: qui eſt ignis lucens ſed nō cōburens. Itē alia figura de eadē legitur eiuſdem Exod. xiij. vbi dicitur q̄ nubes ignea ducebat filios iſrael ꝑ deſertum verſus terrā ꝓmiſſionis: que ipſos ꝓtegebat ab eſtibus ſolis: et tandē perduxit eos vſq̄ ad petrā oreb: vbi ſitientibus data eſt aqua latiſſima.

¶ Ad propoſitum. Nubes ſignificat virginē Mariā: q̄ ſancto ſuo exemplo nobis pādit iter verſus celum. Inſuꝑ nubes iſta ꝓtegit ſibi deuotos ab ardore ſolis ire dei. Tandē aūt ſuis precibus et meritis ꝑducet eos vſq̄ ad illū qui ē petra. i. vſq̄ ad filiū ſuū glorioſe regnantē in celis: et ibi dabit̄ eis aqua latiſſia cōtra ardorē omīs aduerſitatis quā antea paſſi ſunt in preſenti. Itē de eadē legitur alia figura in eodē Exodo. c. xxvij. vbi dicit̄: q̄ in templo dn̄i ſemꝑ debebat lucerna ardere ⁊ nunq̄ debebat extingui.

¶ Ad ꝓpoſitum. Lucerna eſt virgo maria que nō extinguitur ſed conſeruatur lumen diuine gratie ſuis meritis ī cordibus fideliū: prebet etiā omībus viatoribus vnde valeant viā ſalutis videre nec eſt tā cecus ꝑ peccatū cui viā nō velit libenter oſtendere: dūmodo ad eā tota fiducia recurrat q2 de ea ſcriptū eſt Prouerb. xxxi. q̄ non extinguetur in nocte lucerna eius. Et nota q̄ dicit in nocte. Per noctē eñ intelligitur pctīn ſiue peccator apud quē nō extinguitur neq̄ retrahit̄ totaliter lucerna marie. i. eius auxiliū ſi modo eā inuocauerit. Unde Bernard⁹ in quodā ſermone. Ille ſolus o virgo beata tuas laudes ſileat qui te fideliter inuocatā ſenſerit vnq̄ in ſuis neceſſitatibus defuiſſe. Specialiter autē de conſtructione huius ciuitatis. ſ. conceptione marie virginis figura legitur Iudi.

vi.vbi dicit: q Gedeō poſuit vell⁹ in area de mandato dn̄i Quo facto deſcēdit ros de celo ſuper ipſum vellus: terra ex omni parte manente ſicca.
¶ Ad propoſitum. Area eſt vterus beatiſſime Anne. Vellus virgo maria. Ros gratia ſpiritusſancti: que cum tanta plenitudine in eam deſcendit q vellus totaliter mundum reddidit. Et hoc eſt quod dic. Pſal. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Ecce quomodo glorioſa dicta ſunt de virgine maria ſub figuris. ¶ Scdo glorioſa dicta ſunt de hac ciuitate dei p pphetas: vt eſt illud Eſa.vii. Ecce virgo concip.&c. Et eiuſdē.xi. Egredietur virga de radice yeſſe. Itē Hiere. xxxi. Nouū faciet dominus ſuper terram femina circundabit virū. Item Cañ.iiii. Tota pulchra es &c. ¶ Tertio glorioſa dicta ſunt de hac ſanctiſſima ciuitate per ſibyllas: ſicut expreſſe patet de illa que erat Rome tempore natiuitatis chriſti: que Octauiano imperatori oſtendit in celo circulum aureū circa ſolem: et in medio circuli v̄ginē pulcherrimā puerū in gremio geſtantē. Sunt et pene infinita alia glorioſa dicta de hac dei ciuitate: que breuitatis cauſa miſſa facio.
¶ Tertiū ſigillū cōphēdit illū verſum. Memor ero Raab et Ba.&c. Iſta ſunt verba virginis marie: in qb⁹ dat maximā ſpē et fiduciā miſeris peccatoribus ad eā redire volētibus. ¶ Pro cui⁹ declaratiōe notandū q p Raab q̄ fuit meretrix illa de qua Joſue.ii. legit: q cū ipe Joſue miſiſſet duos exploratores ad cōſiderandū ciuitatē Hierico: illuc puenientes ingreſſi ſunt domū mulieris meretricis noīe Raab apd quā deuerſ itelligūt adulteri & fornicatores ac ceteri viciis carnalib⁹ pſtituti: per babilonē aūt que confuſio interp̄tatur, itelligūt gn̄aliter oēs pctōres q̄ ſunt i cōfuſiōe pctōrū. Et de vtriſq dicit hic beata maria. Meōr ero ſcz ad miſerendū nō ad puniēdū, Raab et Babilonis: vt prius, ſcientibus me. Vel ſecundū aliā litterā, ſcientiū me: vt ſcz illi qui me nouerūt inde deū glorificēt. Qui ergo vult habere mariā adiutricē & aduocatā debz primū eā ſcire: nō tm̄ ex noīe: aut ſpeculatiue: ſz magis ex re et practice: cōſiderando quāte ſit pietatis & clemētie: q̄te puritatis et mūdicie: q̄te apud deū auctoritatis & potentie. Ipſa enī eſt que dicit Eccliaſt. xxiiii. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: ſup. honorare: & a gn̄ationibus meis adimplemini .i. opibus meis q.d. qui volunt me honorare ſtudeāt me imitari Hec eſt enī

ra veneratio ſcꝫ ipſius imitatio. O ſi btā virgo recordetur miſerorū peccatoꝝ ſibi famulantiuꝫ: ꝙtomagis recordari cenſenda eſt iuſtorū et electorum.

¶ Quartū ſigillū libri cōceptionis ꝟginalis claudit verſum ſequentēꝫ: in quo dicitur Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopū hi fuerūt illic. In precedenti nanqꝫ verſu ipſa virgo maria proteſtata eſt ſe habere in memoria indelebili carnales hoīes et eos qui ſūt in confuſiōe peccatorū ne deſperēt dummodo eam cognoſcant ꝑ deuotū famulatū: et a peccatis ſuis reſipiſcant. In hoc vero loquitur generalius Pſal. de refugio et ſpeciali ꝓtectione virginis marie dicēs Ecce: id eſt in promptu apparet, alienigene. i. peccatores: qui per peccatuꝫ erant profugi et alienati a deo, ꝛ tyrus. i. peccatores qui ſunt in anguſtia penitētie: et qui prius fuerant in anguſtia viciorūꝫ. Tyrus eīm anguſtia interpretatꝰ. Et populus ethiopum. i. illi quos denigrauit peccatuꝫ ſecundū illud Treñ. iiij. Denigrata eſt ſup carbones facies eorūꝫ. Hi fuerūt illic. i. in ꝓtectione et ſaluagardia beatiſſime ꝟgis: ſicut pulli ſub alis galline: ne ſcꝫ miluꝰ ille infernalis eos rapiat et ſecū i abyſſum ꝑtrahat. Uel illic. i. in memoria beate virginis dūmodo penitere velint. Nec quidē erūt illic in tranſitu et raptiꝫ ſed ſine fine. Unde ipſamet di. Eccli. xxiiii. Memoria mea in generatiōe ſeculorū. i. memor ero ſcientiū me in ꝑpetuū tpe et loco eis auxiliū ferendo tā in vita ꝙ in morte.

¶ Quintum ſigillū eſt verſꝰ ſequens in quo ſubditur. Nū qd ſyō dicet hō, ꝛ hō natꝰ ē in ea: et ipſe fundauit eā altiſſimꝰ. Ubi ꝑ ſyō ſynagoga iudeoꝝ deſignatur. Et ē hic ly ſyō datiui caſus. Hō aūt ꝗ loqtur dicte ſyon eſt aliqs de ꝓphetis. Uel eſt aliqs doctor euangelicus. Eſt ergo ſenſꝰ. Nūqd aliqs propheta: vel doctor ſeu ꝑdicator euāgelicus poterit ꝑſuadere efficaciter ipi ſyon: id eſt ſynagoge iudeorum. Illud quod ſequitur: videlicet ꝙ homo natus eſt in ea: ſcilicet ciuitate dei: que maria dicitur: et tamen ipſe idem homo fundauit hanc ciuitatē: quaſi dic. ꝙ hoc nō capit ſynagoga: quī immo tanꝙ impoſſibile reputat. Quis inquit hec Syon vidit vnꝙ artificem edificare primum domum: aut vnꝙ vidit regem fabricare palacium et demum ibidem naſciꝰ. Sed ꝙuis iſtud ſit apud homines impoſſibile: non tamen eſt impoſſibile apud deuꝫ apud quē non eſt impoſſibile omne verbum. Que enim impoſſi-

bilia ſunt apud hoīes: poſſibi lia ſunt et facilia apud deum. Unde Geñ. xviij. Nunqd deo quicq̄ eſt difficile? Ipſe em̄ eſt de quo ſolo dicitur in pſal. Dixit et facta ſunt: mandauit et creata ſunt. Scd̃m tñ aliā et aliam naturā dei filius natus eſt in virgine maria: ⁊ eam fundaſſe dicitur. Nā secundū humanitatē ſcd̃m quā eſt poſterior matre, natus eſt in ea, ex ipſa: ſed ſcd̃m diuinitatē ſecundū quam eſt coeternus patri fundauit eaȝ. Prouerbio. ix. Sapia edificauit ſibi domuȝ. Et ideo notanter dr̄. Et ipē fūdauit eā altiſſimus. i. ſecundū diuinitatē: ſecundū quam eſt altiſſimus. Nō aūt ſecundum humanitatē dicit̄ altiſſimus. Quinimmo ſecūduȝ eā minoratus eſt paulomin⁹ ab angelis: vt habet̄ Heb. ij. Hoc tamē myſteriū non capit dicta ſyon. Jō canit eccl̃ia. Eſaias cecinit: ſynagoga meminit nū q̄ tamē deſinit eſſe ceca. Si nō ſuis vatibus credat vel gentilibus ſibyllinis verſibus hec predicta: infelix pꝑera, crede vel vetera: cur dānaberis gēs miſera. Quē docet litera: natū conſidera: ipſȝ genuit puerpera. Sed profecto adhuc in cecitate ſua manet hec ſyō: bene quidē confitetur chriſti diuinitatē ſcd̃m q̄ filius dei eſt. ſed negat eius humanitatem. Et hoc eſt quod dicitur Ro. xi. Cecitas ex pte contingit in iſrl̄. Et nota q̄ dicit ex pte: qꝛ vt dictū eſt ſyon bene confitet̄ chriſti diuinitatē ſed negat eū eſſe hominē. Sed tamē ab hac cecitate tandē curabitur, et ꝑ rectaȝ fidē illuminabitur ipā ſyon. Ideo Pau'us poſtq̄ ꝑmiſit q̄ cecitas ex pte contingit in iſrl̄: ſtatim ſubiūgit: donec plenitudo gentiū intraret .i. intrauerit: et ſic omnis iſrl̄ ſaluus fieret. i. fiet. Notanter aūt dr̄ in hoc ſigillo: q̄ homo natus eſt in ea: ſcȝ virgine maria: qm̄ ipſe chriſtus ab inſtāti conceptiōis ſue fuit homo ꝑfect⁹: qꝛ vt habet̄ Hieremie. xxxi. Mulier circūdedit tunc virū Et ideo iſtud myſteriū ꝓpter ſui nouitatem admirās Salomō Prouerb. xxx. enumeratis tribus ſibi difficilib⁹ ad cognoſcendum tandē dicit eſſe vnū quartum qd̄ penitus ignorabat: ſcȝ viam adoleſcentis ī adoleſcētula. i. xp̄ȝ hoīeȝ in vtero virginis. Unde iſtud quartū ipā ꝟgo et mater oſtēdit eſſe veriſſimū cū di. Eccl̄. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: ideſt in vtero meo. Itē notanter dicitur: et ipē fundauit eā altiſſimus: qꝛ filius ex parte diuinitatis fundauit matrem ſuam tribus modis. Primo quidē ante ſuum ortuȝ in ſanctis patriarchis et prophetis ſcd̃ȝ q̄ expoſitum eſt in primo ſigil-

lo huius ſermonis. Secundo
fundauit eam in ſua cõceptio
ne ſup ſolidũ fundamẽtũ gra
tiarũ et virtutũ. Prouerb.ix.
Sapientia edificauit ſibi do=
mũ.i.corpus et animã marie
ad inhabitãdũ tempe cõgruo
Sequitur, excidit columnas
ſeptẽ: ſcꝫ ad pficiendũ iſtaꝫ do
mum: que ſunt ſeptẽ dona ſpi
ritus ſancti. Uel columne ſep
tẽ ſunt quatuor virtutes car=
dinales ⁊ tres theologice. In
cuius figura legitur,iii. Reg.
v.ꝙ rex Salomon pcepit ope
rarijs vt tollerẽt lapides grã
des, lapides precioſos in fun
damentũ tepli.i.vtutes emi=
nẽtes in fundatione beate ma
rie in ſua conceptiõe. Nec mi
rũ: quia vt habetur.j. Paral.
xxix. Neqꝫ homini patur ha=
bitatio ſed deo. Tertio funda
uit eam.i.firmauit in ſua vita
vt non caderet per peccatum
mortale: aut ꝙ̃tulũcũqꝫ titu=
baret ſeu vacillaret per venia
le. Ecce quõ altiſſimus firmiꝰ:
firmius: firmiſſime: dicitur fũ
daſſe hãc domũ ſeu ciuitatem
¶ Sextũ ſigillũ eſt verſus ſe=
quẽs in quo ſubdiꝰ. Dñs nar
rabit in ſcripturis ppꝉorũ et
principũ horũ: q̃ fuerint in ea
Qꝛ em̃ regiꝰ ꝓpheta Dauid
ꝓmiſerat immediate ſupra de
btã vgine: ꝙ hõ ſcꝫ xp̃s natꝰ ẽ
in ea: et tñ ipe fundauit eã al=
tiſſimus. Ideo ne iſtud incre=
dibile appeat ſubdit hic fidele
õ hoc teſtimoniũ dicẽs. Dñs
narrabit in ſcrip.pop. et pnc.
Pro quo notandũ ꝙ in ppo
ſito per populos poſſũt intel
ligi.xii.minores pphete: qua
les fuerũt Amos: zacharas:
Sophonias: et reliqui. Per
principes vo maiores pphe
te: vtpote Eſaias: Hieremias:
et ceteri. Et hi om̃es cõueniũt
in laudẽ virginis marie: ſi ſit
qui pſcrutando dicta eorum
poſſet ſuggere mel de petra:
et oleũ de ſaxo duriſſimo. Si
q̃s ergo velit ſcire magnalia
marie legat ſcripturas popu
lorũ et principũ horũ qui fue
runt in eam ſupple vnanimes
et non contra eã: vt heretici et
ſciſmatici. Sed ne credatur ꝙ
q̃cquid dixerũt pphete de ma
ria quaſi ſomniãdo aut pro=
prio ſenſu locuti ſint: ideo no
tanter dicit Pſal. ꝙ dñs nar
rabit in ſcripturis ⁊ce. Nam
vt dicitur.ij. Petri prio. Nõ
voluntate humana allata eſt
aliqñ pphetia: ſed ſpũſctõ in=
ſpirati locuti ſunt ſcti dei ho=
mines. Uel per populos in p
poſito poſſunt intelligi pphe
te gentiles. Per principes ãt
prophete de iudea. Dñs ergo
narrat egregia merita et lau=
des virginis in ſcripturis po
puloruꝫ: vtpote in libris Iob
qui fuit gentilis. Item quia
fuit ſibyllinis verſibus pre=
dicta. Item etiã principuꝫ: id
eſt in libris prophetarũ de iu

dea: ſicut patꝫ in Eſayá in plu ribus paſſibus. Item in Hieremia et huiuſmõi. Uel dic ꝙ per populos poſſunt intelligi pphete vniuerſaliter. Per principes vero apoſtoli: ⁊ ſancti noui teſtamẽti: qui omnes conuenitit in laude virginis. Uel forte populi ſunt minores doctores theologi: principes vero maiores: vtpote Augu. Hiero. ⁊c. q̄ fuerũt omes vnanimes in laude virginis. In quorũ ſcripturis et dictis dominꝰ qui eis vtitur ad vtilitatem eccleſie narrat virtutes ſue intemerate matris: et puritatem ſue inuiolate cõceptionis. Nec tamẽ inde inaniter gloriari debent: ſed totuꝫ attribuere diuine bonitati.

Non deniqꝫ moderni debent inuehere contra antiquos doctores ꝑut faciũt nõnulli ſcioli volentes apparere cum nichil ſint: qui etiam non erubeſcũt ponere in celum os ſuuꝫ, temerarie iudicãtes ãtiquos doctores hereticos et inimicos virginis ſacratiſſime: pro eo ꝙ probabiliter ſcripſerunt ipſã in originali fuiſſe conceptam. Quando enĩ mos erat ſic ſentire: tuuc peccatum non erat: alias quomodo Bernar. ſctũs: quõ Anſel. ſctũs: qui in lib. cur deus hõ hoc idẽ tenet quõ Beda ſctũs: q̄ hoc tenꝫ in Omel. Sup miſſus eſt. Quõ Btũs Tho. de Aquino ſctũs Quõ beatꝰ Bonauẽtu. ſctũs. Et plerīqꝫ alij: quos cõmemorat Dñs Robertus de Licio de laudibus ſanctorũ. ſ. xxiiii qui ibi d̾ hac materia ſatis diffiſe loquitur: non quidẽ inſtar cuiuſdã fratris cui nomẽ eſt Johannes de Lapide: q̄ ꝓ ſanctitate ſtatus ſui nimiũ videtur laxaſſe habenas in nonnullis per eũ dictis ſeu annotatis: que repire eſt in ſermomonibus Meffreth de ſanctis ante primũ ſermonem huius die. Sed forte dicet quiſpiam in cõtrariuꝫ. Ex quo dñs non narrauit apte ĩ ſcripturis pñcipum. i. antiquorũ doctoruꝫ eccleſie ipſam virginem fuiſſe immunẽ ab originali videtur ꝙ neqꝫ minus hoc narrare voluit ĩ ſcripturis ppꝉoꝝ. i. modernorũ doctorũ. Sꝫ attẽdat talis hãc eẽ cõſuetudinẽ eccłie et fidei catholice vt indies ꝓficiat: ⁊ q̄ prius latuerũt ꝑdant ad lucẽ. Merito ergo ſigillatim poſſumꝰ pꝰ bñdictũ xp̄m dicere ad deũ p̄rem illud Lu. x. Cõfiteor tibi pater celi ⁊ terre: qm̄ abſcõdiſti hec a ſapientibus ⁊ prudẽtibus et reuelaſti ea puulis. i. modernis doctoribus.

¶ Septimũ ſigillũ clauditvltimũ vſũ p̄dicti pſalmi: vbi dr̄ Sicut letantiũ oĩꝫ habitatio ẽ in te. O felix et iocũda clauſura huius pſał. q̄ ſicut letantiũ. ⁊c. q. d. O v̾go ſacratiſſia

merito debem⁹ habitare in te id eſt tecum per deuotum famulatum: quia oēs qui habitant in te iocundi ſunt et vere letantur. Et hoc propter tria propter que ſolent habitātes in aliqua ciuitate gaudere ꝛ letari. Primo quidem letātur hoīes quādo ſunt in forti ꝛ bene munita ciuitate: tunc enim ſunt ſecuri ab aduerſarijs. In infirma aūt ſunt ſemper timidi. Scđo letantur quādo ſunt in ciuitate bene opulenta ꝛ repleta bonis. Tertio letantur quādo ſunt in maxima ciuitate que cū hoc pulchra eſt ꝛ mūda. Sic famuli beate virginis debent multum letari. Tum quia eſt turris fortiſſima ꝛ inexpugnabilis: et terribilis inimicis vt caſtroꝝ acies ordinata: vt habet Cāti. vi. vñ Bern. Non tantum timēt hoſtes viſibiles caſtroꝝ multitudinem quātum aeree poteſtates Marie inuocationem. Tum quia ipa eſt opulenta ꝛ referta omi genere bonoꝝ ſpūalium. Unde angelus Gabriel in ſignum huius vocauit eam gratia plenam Luce. i. Item de hoc ipamet dat teſtimonium Ecclia. xxiiij. dicēs. In me oīs gratia vie ꝛ veritatis: in me oīs ſpes vite ꝛ virtutis: et ideo tranſite ad me q̄ cōcupiſcitis me. ꝛc. Tum qꝛ eſt maxima et latiſſima per charitatis amplitudinem. Oēs eñ amplectit̄ q̄tū in ſe eſt. Propterea illi canit ecclia. Sub tuū preſidiū cōfugimus ſ. d. g. ꝛc. Ecce quō habitatio oīm i virgīe maria eſt ſicut letātiū. Propter qđ merito poſſum⁹ illi dicere illud Iudi. xv. Tu glīa hierl̄m: tu leticia iſrael: tu honorificentia ppli nr̄i: que feciſti viriliter: et cōfortatū eſt cor tuū: eo ꝙ caſtitatem amaueris. ꝛc. Illam igit̄ deprecemur vt ſuis interceſſionib⁹ ꝑuenire poſſum⁹ ad illā celeſtē ciuitatē vbi oīm habitatio illic letemur ſine fine.

¶ Ser. de btō Thoma aplo.

Vidi librum ſcriptū int⁹ ꝛ foris ſignatū ſigillis ſeptem Apoca. v. Tertius liber quem vidit Iohēs ē liber vite aplicalis cōtinēs vitā ſctām et mortē glioſam diui apli Thome. Hic aūt liber ſignat⁹ eſt ſigillis ſeptē: per que intelligūtur ſeptem opera mie ſpūalis que ſūt.

Docere ignorantem.
Conſulere dubitanti.
Conſolari triſtem.
Corrigere peccantem.
Remittere offendenti.
Supportare oneroſos.
Orare pro omnibus.

¶ Primū igit̄ ſigillū quo ſignatus eſt predict⁹ liber vite aplicalis vocat̄ docere ignorantem. Hec eñ maxima miſericordia eſt. vñ Iaco. v. Si qs ex vobis errauerit a veritate:

et cõuerterit qᵒ eũ ſcire debet qm̃ qui cõuerti fecerit pctõrez ab errore vie ſue ſaluabit aiam ei⁹ a morte. Certe hec eſt vera mīa que preferēda eſt mīe corporali. Si eñ (vt inquit glo. ſup p̄dicto paſſu) magne mercedis ſit a morte eripere corpus quãqꝫ moriturũ quāti meriti eſt a morte aiam liberare in celeſti patria ſine fine duraturã: Hãc aũt miām ſeu elemoſynã ſpũalem dedit magnifice btũs Thomas apl's pplis in die maioris et minoris quib⁹ predicauit vbũ ſalutis docēs eos tenere viam veritatis ꝛ leges gr̃e, quã antea ignorabāt. Propterea dict⁹ eſt Thomas qꝺ interpretatur abyſſus. Ipſe nēpe fuit abyſſus ſciarꝫ et doctrinarꝫ ſpecialiter a xp̄o edoctus: vtpote qñ dixit ei dubitanti de vitate ſue reſurrectionis. Infer digitũ tuũ huc ꝛ noli eſſe incredulus ſed fidelis. Qꝺ cũ feciſſet Thomas dixit Dñs me⁹ et de⁹ me⁹. Joh. xx. Ecce qñ̃o de incredulo ꝛ dubitãti fact⁹ eſt ſũmus et perfect⁹ theolog⁹. Item nõne fuit ſpecialiter a xp̄o doctore infallibili inſtruct⁹ qñquidē ei dicēti xp̄o. Dñe neſcimus quo vadis: et qñ̃o poſſumus viã ſcire Reſpõſum eſt a magiſtro ſuo. Ego ſum via ꝛ veritas et vita. Jo. xiiij. Non mirum ergo ſi deinceps ꝓfundus theolog⁹ extiterit: et ignorantes docuerit viã dñi. Ecce qñ̃o abyſſus abyſſuꝫ inuocat. Abyſſus inq̄ꝫ doctrine ſalutaris diui Thome, abyſſuꝫ inuocat erroris et ꝑfidie populi indorꝫ. Unde de eo dici pōt illud Malachie. ij. Lex veritatis fuit in ore eius: et iniq̃tas non eſt inuēta in labijs ei⁹ ꝛc. Seq̃tur. Et multos auertit ab iniq̃tate: ſcꝫ erroris et ꝑfidie. Itē nõne bene ignorãtes docuiſſe dr: maxime cũ magos q̄ prius xp̄m adorauerãt in fide inſtruxit, et ſacro baptiſmate regñauerit: put teſtaẗ Chryſoſt. O igitur q̄tam i fide excellētiam habuit q̄ primitias gētiũ baptizare ꝓmeruit ¶ Moraliter inſtar apoſtoli Thome vnuſq̄ſqꝫ pro modulo ſuo ad hoc debet tēdere ꝛ laborare vt ignorãtē doceat: qꝛ vt habeẗ Eccli. xvij. Unicuiqꝫ mãdauit de⁹ de ꝓximo ſuo. Ad hoc aũt ſpecialiter obligãtur prelati ꝛ ſuperiores: qꝛ vt habeẗ Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſciaꝫ. i. cuſtodire debēt: vt tēpore ꝛ loco eã propalent ꝛ manifeſtent. Seq̃tur. Et legem requirēt ex ore eius: ſcꝫ ſubditi ꝛ imbecilles. Quia vt dicit Hierony. Ad ſacerdotes pertinet diſciplinã interrogatum reſpondere de lege: qui ſi ignorãtiam in ceteris diligentem: in ſcripturis ſctis obtenderit negligentem: fruſtra iactat dignitatem cuius non exhibet operatiõem. Similiter

ad hoc obligantur predicato-
res ⁊ doctores ſi velit premiū
in celis habere: q2 ſcriptum eſt
Dañ. xij. Qui ad iuſticiā eru-
diūt plurimos erūt quaſi ſtel
le in perpetuas eternitates.
Item ad hoc obligātur paren
tes: ſm illud Eccl. vij. Fili tibi
ſunt erudi illos: ſcz in diſcipli
na morum ⁊ fidei.
¶ Scōm ſigillum eſt ſcōm ge
nus operū mīe ſpūalis: qđ eſt
conſulere dubitanti. Ut eñ dr
xij. q. ij. Bone rei. Bōe rei da-
re conſilium: et preſentis vi-
te habet meritum ⁊ future re-
munerationis cernit hēre ſub-
ſidium. Hāc aūt elemoſynam
ſpūalem dedit btūs Thomas
preſertim filio cuiuſdā regis.
Hic eñ cū in die aduētus bea
ti Thome duxiſſet ſpōſam ab
apoſtolo benedicitur cū ſpon
ſa. Nam ad eoꝝ thalamum de
nocte ianuis clauſis ingredit
et eos ad virginitatem ſeruan
dam hortatur valde eam com
mendans ⁊ dicēs. Uirginitas
ſoror eſt angelorum: poſſeſſio
oīm bonoꝝ: victoria libidinū
fidei tropheū: expugnatio de
monum: ſecuritas eternorum
gaudioꝝ. Predicti ergo con-
uerſi ad fidem ꝟgines permā
ſerunt: et ſponſa dicta Pella
gia ſacro velamine ſuſcepto tā
dem martyriū ſumpſit. Spō-
ſus aūt noīe Dionyſius eiuſ-
dem ciuitatis ab apoſtolo eſt
eps ordinatus. Ecce eñ ꝙ ſalu
bre conſilium dedit illis apo
ſtolus. De quo etiam conſilio
loquitur Paulus. i. Coꝝ. vij.
dicens. De virginibus prece-
ptum dñi non habeo: conſiliū
aūt do. Cōſilium aūt ſemper
eſt de meliori. Iſtud etiam eſt
cōſilium quod dedit ſaluator
Math. xix. dicēs. Qui poteſt
capere capiat. i. qui pōt in vir
ginitate ꝑmanere ſic maneat.
qui aūt non pōt nubat in dño
Nam (vt inquit Paul⁹ vbi ſu
pra) meli⁹ eſt nubere ꝙ vri: ſcz
aduſtione fornicatiōis ſeu ar-
dore libidinis: vt exponit glo
ſa interl. Hic enim ignis valde
mirabilis eſt: ſz illđ Iob. xxxi.
Ignis eſt vſqꝫ ad conſūmatio
nem deuorās ⁊ eradicans ge-
nimina virtutum. Iſtud notēt
illi qui cum ſint pleni ardore
libidinis, non tamen timēt vo
uere perpetuam continētiam
ſiue per ſuſceptionem ſacroꝝ
ordinum: ſiue per religiōis in
greſſum. Non quidem ꝑpter
Ieſum tantum: ſed vt lautius
ac laſciuius poſſint viuere ⁊ di
tari de patrimonio crucifixi.
Sicut plerūqꝫ videre eſt in fi-
lijs nobilium ⁊ diuitum: qui-
bus melius foret in ſeculo re-
manſiſſe et vxorem duxiſſe: fi-
lioſqꝫ ac filias ꝓcreaſſe: ꝙ mit
tere ſemel manum ad aratrū,
et poſtmodum retro aſpicere.
Audiant igitur tales non me
ſed dñm xp̄m dicentem ſe non
eſſe aptos regno dei Luce. ix.

Ex quo ergo non ſunt apti re
gno dei conſequens eſt vt ſint
apti regno diaboli.
¶ Tertium ſigillū eſt tertiuꝫ
genus operū mīe ſpūalis : qḋ
dicitur conſolari triſtem : ſm
ꝙ faciebat apl's.i. Theſſa.iiij.
Nolumus inquit vos ignora
re de dormiētib⁹ vt non cōtri
ſtemini: ſicut ⁊ ceteri qui ſpem
non habēt. Deīde ſequitur in
fine. Itaqꝫ conſolamini inuicē
in verbis iſtis. Hoc etiam ge
nus pietatis exercebant iudei
erga Mariam magdalenā et
Martham ſororem ſuā apud
quas cōuenerūt vt cōſolarētur
eas ſuper morte fratris ſui la
zari: vt habet Ioh.xi. Hāc aūt
ſpūalem mīam exhibuit btūs
Thomas regi indie noīe Sau
doforo: qui nimiū triſtabatur
ſup morte fratris ſui noīe Sad
Sed eum conſolatus eſt apl's
fratrem ipſum ſuis precibus
a mortuis reſuſcitās die quar
to obitus ſui : in hoc imitans
magiſtrum ſuum xp̄m qui re-
ſuſcitauit Lazarum iam quat
tuor dies in monumento ha-
bentem. Ioh.xi. Item conſo-
latus eſt i ſuperiori india mu-
lierem quādam nomine Sin-
ticem. Hec em̄ cum fuiſſet diu
ceca meritis diui Thome illu
minata eſt. Item alia vice con
ſolatus eſt multitudinem in-
firmorum qui varijs languo-
ribus detinebantur. Cum em̄
huiuſmodi adducti fuiſſent ad
apoſtolum ipſe premiſſa ora-
tiōe ad dn̄ꝫ et facto ſigno cru-
cis ſuper eos/ oēm illam mul
titudinem curauit. Ecce quo-
modo dn̄s ſanctum ſuum mi-
rificauit. ¶ Moraliter inſtar
apoſtoli xp̄i thome debemus
pro viribus cōſolari triſtes et
lugentes: ſiue in quacūqꝫ tri-
bulatione exiſtentes. Sic eniꝫ
precipit Apl'us.i. Theſſal.v.
Cōſolamini puſillanimes: ſu-
ſcipite infirmos. Itē Eccl'.vij.
Non deſis plorantibus incō-
ſolatione. Sic em̄ fecerūt ami
ci Iob ſm ꝙ ſcribitur eiuſd.ij.
Audiētes tres amici iob om̄e
malum quod accidiſſet ei : ve-
nerunt ſinguli de loco ſuo eli
phaz themanites: et Baldath
ſuites: et Sophar naamathi-
tes. Condixerant enim vt pa-
riter venientes viſitarēt eum
et conſolarētur. Sic etiam fa-
ciebat Thobias: de quo legit
eiuſdeꝫ.i.c. ꝙ pergebat quotti
die per oēs qui erant in capti
uitate de cognatione ſua: et cō
ſolabat eos: diuidebatqꝫ vni-
cuiqꝫ prout poterat de facul-
tatibus ſuis. Specialiter au-
tem conſolari debemus ago-
nizātes ne deſperēt de dei mi-
ſericordia : et de peccatoꝝ ve-
nia. Ita eniꝫ dicitur Eccleſia.
xxxviij. Conſolare hoīem i exi
tu ſpiritus ſui: ſupple a corpo
re. Tūc enim maxime indiget
homo cōſolatiōe: qꝛ tūc acri⁹
tentat diabol⁹ de deſperatiōe

¶ Quartum ſigillũ eſt quartum genus predictorum operum mie ſpũalis: quod eſt corrigere peccantem. Hanc enim miam faciendam ⁊ impendendam proximis peccantib⁹ precipit nobis xp̄s Mat.xviij. dicẽs. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipſum ſolum. Et hoc quidem quando peccatum eſt occultum. Q⁊ ſi manifeſtum fuerit: tũc etiam manifeſte reprehendendum eſt. Ita enim precipit Aplus.i.Thim.v. Peccantes coram omnibus argue vt ceteri timorem habeant: et nequaꝗ̃ ſupple talia facere audeant. Hoc autem genus pietatis et mie ſpiritualis exhibuit beatus Thomas multis generib⁹ perſonarum ſicut videre eſt de populo Indie tam ſuperioris ꝗ̃ inferioris: quem imperterrite reprehẽdit de feda idolatria ſua: predicans eidem gẽti non aliter quem per chriſti fidẽ poſſe ſaluari: quia ſcriptum eſt Marci.xvi. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Unde xxiiij.q.i. Alienus. Dicit papa Cyprianus ꝙ alienus eſt et prophanus atqꝫ hoſtis: nec deũ poteſt habere patrem qui vniuerſalis eccleſie non tenet vnitatem. Item extra de ſumma trini. et fide catho.ca. Firmiter.§.vna dicit ſic. Una eſt fideliũ vniuerſalis eccleſia extra quam null⁹ oīno ſaluatur Idez habetur.xxiiij.q.i. Q̄m vetus. Propter hec igit btũs Thomas zelo fidei et ſalutis primoꝝ ſuccenſus toto conamine laborauit reuocare errãtes ⁊ corrigere peccãtes: nunc v̄bo nũc facto: ſicut patuit de illo qḋ eũ pcuſſit ad maxillã cũ attẽte audiret puellã hebream canẽtẽ et dicentẽ Unũ eſſe deũ hebreoꝝ qui creauit celũ ⁊ terram: mare ⁊ oīa que in eis ſũt Cũqꝫ apl's in his delectaretur ſup mel ⁊ fauũ, ita vt poneret quodãmodo extra ſe ī auditu taliscãtionis moneretqꝫ puellam hec eadẽ verba ſepius repetere. Uidẽs pincerna ꝙ nec manducaret nec biberet: ſed tãtum oculos iunctis manibus ad celum haberet eũ percuſſit in maxillam ſatis attrociter. Ad quẽ aplus. Non hic ſurgã donec manus q̄ me pcuſſit huc afferatur a canibus. Cunqꝫ ad hauriẽdũ aquã abiiſſet: et leo ipm̄ occidiſſet lacerãtibus canibus corpus ei⁹: vnus niger manum ei⁹ dexterã in mediũ conuiuium apportauit. Quo viſo oẽs obſtupuerũt: et puella ad pedes ei⁹ ſe proiecit querens fieri xp̄iana. Hanc tñ hiſtoriam reprobat Aug. in lib. contra Fauſtũ: que inſerta dr fuiſſe ab hereticis vt haberent colorẽ vleiſcẽdi ſe de inimicis ſuis. Et breuiter opꝫ ita fateri

aut dicere apl'm hoc feciſſe ex ſpeciale inſtinctu ſpiritusſācti maxime cū dicat xp̄s Math. v. Si q̄s te pcuſſerit in dexteram maxillam prebe illi ꝛ alteram. De quo etiā xp̄o dicit Treno. iii. Dedit pcucienti ſe maxillam. Unde Criſo. Si incipim⁹ ſm legis mandatum omnibus reddere mala pro malis omnes efficimur mali ꝛ ſolutū eſt ppoſitū legis que dum malos voluit facere bonos: bonos fecit malos. Iracūdia enim p iracundiam nō cōpeſcit. Poteſt etiam dici ꝙ beatus Tho. non dixit predicta verba imprecando ſed indicando ſiue predicēdo qḋ futurum erat.

¶ Quintū ſigillum quo ſignatus eſt dict⁹ liber vite apoſtolicalis eſt quintum gen⁹ operū mie ſpūalis: ꝛ ħ remittere offendenti. Quā quidē miam faciēdam nobis p̄cipit ſaluator Luce. vj. Dimittite inquit ꝛ dimittet vobis. glo. iter. pctm̄ vrm. Hec em̄ ē maxima mia ꝛ deo gratiſſima ſcȝ remittere offendenti iniuriā illatā que quidē mia deo placet ſup milia auri ꝛ argenti. Unde Auguſt. in euchyridon. Multa indt ſūt genera elemoſynarū que cum facimus adiuuamur vt nobis dimittantur peccata ſed ea nichil ē maius ꝙ cū ex corde dimittim⁹ peccata. Itē idē Augu. ꝛ recitatur diſt. xlv. Due. Due indt ſūt elemoſyne vna cordis alia pecunie. Elemoſyna cordis eſt dimittere ei a quo leſus es ꝙ multo maior eſt ꝙ elemoſyna corporis. hec ille. Hanc autē miam habuit beatus Tho. ꝙ ex corde induliſit ei qui alapā ſibi dedit in nuptiis neqꝫ ſm Augu. veriſimile eſt eū vltionem expoſtulaſſe a dn̄o vt dictum eſt. Itē valde miſericors fuit in remittēdo iniurias verbales ſimul ꝛ reales ſeu corporales quas ab infidelibus ꝛ tyrannis perpeſſus eſt. Fuit em̄ cū aliis apl'is dure flagellatus: vt legit in actibus apoſtolorū. v. ca. Itē fuit iniuſte incarceratus a rege indie eo ꝙ in vſus paupū diſtribuiſſet theſauros quos ſibi reliquerat cum ad bellū ierat ad palatium magnificum cōſtruendū. Inde tamen gl'ioſe ꝛ honorifice liberatus eſt; ſcȝ medio reſuſcitationis fratris ipſius regis. Hic enim retulit fratri ſuo regi ꝙ mirabile palatiū viderat in alio ſeculo quod illi fecerat xp̄i apl's dicēs ſe ad hoc reſuſcitatū vt ſi illud vendere vellet libenter illud comparaget. Quo audito rex iuſſit apoſtolū educi de carcere: ꝛ ad pedes eius prouolutus veniā petiuit de iniuria ſibi illata. Deinde in ſuperiorē Indiā apl'us pergens cum verbum ſalutis p̄dicaret a rege terre il

lius tent? in ardentē fornacē ꝯiectus ē: ꝓut ſcribit dñs Anthoni? in pma pte ſue cronice. Sed dei gratia inde illeſ? euaſit inſtar trium puerorū Daniel. iij. Hec igitur ⁊ his ſimilia perpeſſus eſt tormenta: ſemper tamen remiſit offendentibus eū. ¶ Moralit̄ hic iſtruimur ex corde remittere omnē iniuriam ſeu offenſā ſi velim? deū nobis eſſe ꝓpicium ne nobis in extremo iudicio improperetur illud Mathei. xviij. Serue neq̄ omne debitū dimiſi tibi qm̄ rogaſti me. Nōne ergo oportuit ⁊ te. ⁊c.

¶ Sextum ſigillū eſt ſextum genus operum pietatis ⁊ miſericordie: ⁊ ē ſupportare onerosos ſeu imperfectos. Scire enim ſupportare tempore et loco eos q̄ ex infirmitate peccant magna elemoſyna eſt: ⁊ non paruū dei donū: de quo Ro. xv. Debemus inq̄t paul? nos firmiores infirmitates aliorum portare. Itē Gal. vi. Alter alterius onera portate ⁊ ſic adimplebitis legem xp̄i que ſcʒ precipit mutuā charitatem impendere. Hoc autem prefiguratū eſt. iij. Re. v. Ubi dicitur q̄ ſalomon poſuit in fundamento templi lapides grandes precioſos ⁊ quadratos. Applicatio eſt facilis. ¶ Ad ꝓpoſitū beatus Tho. exhibuit hoc genus pietatis ⁊ elemoſyne ſpiritualis erga eos quos ad xp̄i fidem traxit eos benigne ⁊ cū omni manſuetudine a ſua ydolatria reuocans. ſicut patuit cum eo p̄dicāte in ſuperiori India multos ad fidē xp̄i conuertit. Ubi primum mulierem quandam cecā nomine ſinticē ſicut corpore ita ⁊ mente illuminauit. Quo viſo migdonia vxor caritii cognati regis ad fidē cōuerſa eſt ⁊ per eam regina fidē ſimiliter ſuſcepit. Ex hac igit̄ cauſa rex vehemēter indignatus. conſilio ipſius caritii in fornacem ardētem ap̄lm mitti fecit vt dictum eſt. Ceterū fideles ad fidem de nouo conuerſos tanq̄ īfirmos ſupportare ſolebat aīaduertens q2 ⁊ ipſe infirm? in hac parte fuerat: ſicut patuit cum diſcipulis dicentib? ſe dn̄ reſuſcitatum vidiſſe credere noluit ſed dixit. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum ⁊ mittā digitū meū in locū clauoꝝ ⁊ mittā manū meā in latus eius non credam. Johan. xx. In hoc autem facto mortaliter peccauit: quia ſicut dicit Criſo. Sicut ſimpliciter ⁊ cito credere facilitatis ⁊ leuitatis eſt: iuxta illud Eccle. xix. Qui cito credit leuis corde ē. Ita vltra modum circūſcrutari ⁊ multū inueſtigare groſſiſſime mentis eſt. Mortalr̄ ergo peccauit. Tum quia nō credidit quando credere de-

buit: q₂ per dies octo in infidelitate ꝑmanſit: qui ſi ſic deceſſiſſet ꝓculdubio dānatus fuiſſet. Tū quia non credidit quibus credere debuit: ſcꝫ apl'is veracibus teſtibus dicentibꝰ vidimus dominū. Tum quia non credidit quomodo credere debuit. Nam cum fides ſit de inuiſibilibus: turpiter errauit qui experientiā habere voluit di. Niſi videro ⁊c. Hoc tñ ex ſpeciali dei diſpenſatiōe ꝑmiſſum eſt ſcꝫ ad vtilitatem futurorū xp̄ianorū. Vñ glo. ordi. Nō caſu ſꝫ diuina diſpoſitiōe defuit Thomas ⁊ audita non credidit. Unde palpādū ſe et dñs prebuit quia eius dubitatiōe: ⁊ facta ſibi probatione nulli relinquit iam dubitare. Item Grego. in Omelia. Egit nāq₃ miro modo diuina clementia vt diſcipulus dubitās dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. Plus em̄ nobis Thome infidelitas ad fidem q̄ fides credentium diſcipulorū ꝓfuit: quia dum ille ad fidem palpando ducit: noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur. Sic quippe diſcipulum poſt reſurrectionem ſuam dubitare permiſit: nec tamen in dubitatione deſeruit ſicut ante natiuitatem ſuam habere mariam ſponſū voluit: qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitās ⁊ palpans teſtis vere reſurrectionis: ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrime virginitatis. hec ille.

¶ Septimum ſigillū eſt ſeptimum genus operum miſericordie ſpiritualis: qđ eſt orare pro omnibus: ſm illud Jacobi. v. Orate pro inuicem vt ſaluemini. Hāc em̄ miſericordiā impēdebat romanis apoſtolus Paulus ſm q̄ ad eos ſcribit di. fratres memoriā veſtram ſemper facio in orationibus meis. Hoc etiam genus pietatis exhibuit multis beatus Thomas ſignanter orās pro conuerſatione eorum quibus predicabat verbum ſalutis nec non pro confutatione ſuperſtitiōis eorum. Unde de eo legitur. q̄ cum rex ſuperioris indie vidiſſet q̄ illeſus euaſiſſet de fornace ardenti. demum fecit eum duci ad ſimulacrum ſolis vt adoraret eum Apoſtolus autem chriſti genibus flexis ait clara voce. Ecce adoro non idolum nec metallum: non ſimulachrum: ſed dominum meum ieſum chriſtum. in cuius nomine precipio tibi demon qui in eo latitas vt inde egreſſus ſimulachrum comminuas. Quod cū factum fuiſſet: pontifices templi mugitum dederunt de cōminutiōe dei ſui. Et mox vnꝰ

ex ipſis accipiẽs gladium vel lanceam tranſuerberauit apoſtolum dicens Ego vlciſcar iniuriam dei mei. Sicq̃ chriſti apoſtolus pro fide glorioſe occubuit. Cuius corp⁹ honorifice ſepulture traditum eſt a chriſtianis qui ibi aderant ꝛ quos ſua predicatione ad fidem traxerat. Poſtmodum autem predictum corpus in ediſſam ciuitatem tranſlatum eſt in qua ciuitate nullus iudeus: nullus paganus: null⁹ hereticus viuere poteſt: aut tyrannus aliquid ibi nocere: tũ meritis glorioſiſſimi Thome tum ꝓpter preſentiã epiſtole quam ſaluator manu ſcripſit ꝛ Abagaro leproſo miſit: que in dicta ciuitate honorifice cõſeruatur. Quod autem non nulli ferunt beatum Thomã in tranſlatu beate Marie non affuiſſe ꝛ demum venientẽ ad apoſtolos de hoc dubitaſſe potiſſime ꝙ fuiſſet cũ corpe ꝛ aĩa aſſumpta: ꝛ ꝙ ob hoc ipſa dederit ei cingulum ſuũ in teſtimonium huius. apocriphum eſt ſecundum dominum Anthonium florentinum in prima parte cronice ſue. Ipſum igitur deprecemur ꝛc.

¶ Sermo in die natiuitatis domini.

Vidi librum ſcriptũ intus ꝛ foris ſignatũ ſigillis ſeptem Apo. v. Tertius liber quẽ vidit beatus Johã. dicit liber natiuitatis gaudialis. De hoc ſubditur in themate ꝙ ſignatus eſt ſigillis ſeptem. De quo aũt libro poteſt intelligi illud Eſaie. viij. Sume tibi librum grandem ꝛ ſcribe in eo ſtilo hoĩs. Hic igitur liber grandis perſonam filii dei ſignificat in quo quidẽ libro ſunt omnes ꝑdeſtinati inſcripti ſecũdum illud Pſalmiſte In libro tuo omnes ſcribẽtur Ecce quomodo eſt grandis. Sed poſtꝙ ab eterno fuit liber iſte ſcriptus ſtilo dei. tandem in fine ſeculorũ ſcriptus eſt ſtilo hoĩs. Et hoc eſt quod dr̃ Philip. ij. Qui cũ in forma dei eſſet: ecce ſtilus dinitatis ſeu dei habitu inuẽtus eſt: vt hõ: ecce ſtil⁹ hoĩs. Nõ autẽ dctm̃ eſt ꝙ ſcript⁹ ſit liber iſte ſtilo angeli ſed hoĩs: q2 angelos nuſꝙ̃ appꝑ̃hẽdit ſed ſemen abrahe appꝑ̃hendit. Hebreo. ij. Iſtum etiam librũ deſcribit beatus Johan. in themate di. Qd̃ ſcriptus eſt int⁹ ꝛ foris. Int⁹ quidẽ ꝙ̃tũ ad diuinitatẽ q̃ intra corpuſculũ latuit. Abacuck. iij. Ibi abſcondita eſt fortitudo ei⁹. Item Eſaie quadrageſimo quito. Uere tu es de⁹ abſcõdit⁹ de⁹ iſrael ſal

uator. Foris vero ſcriptus eſt ꝗtum ad humanitatem i qua apparuit benigna diuinitas. Sed quis aut qualis ego tantillus ꝙ aggredior aperire ſeptem ſignacula libri huius? Marie cũ dicat Johẽs Apocal. v. ſe angelũ fortem vidiſſe qui clamabat voce magna dicẽs. Quis eſt dignus aperire librũ: et ſoluere ſignacula ei⁹? q. d. Quis digne põt reſerare myſterium incarnationis filij dei? Quaſi diceret. Null⁹: niſi ipſe agn⁹ ꝙ occiſus eſt. Jdeo ſeqtur. Et nemo poterat i celo quo ad angelos; neqꝫ in terra quo ad hoies: neqꝫ ſubtus terram, quo ad ꝓphetas in libo exñtes: aperire librũ. i. plane reſerare tm̃ myſteriũ. vñ Eſa. liij. Gñationem ei⁹ qs enarrabit? glo. interl. Rarus aut nullus. Abſit ḡ vt hoc preſumam qđ neqꝫ angelus neqꝫ ꝓpheta attentare preſumpſit. Verũtamen ꝓ modulo meo tm̃ myſterium alõge cõſpiciẽs ipm̃ perſuadere conabor ꝓ fundamento adducendo illud Eſaie. iiij. Apprehẽdẽt ſeptem mulieres virũ vnũ. gloſa interl: xp̃m: in die illa. i. i die natiuitatis predicti viri. Sed que ſeptem mulieres. Profecto ſeptem ſunt artes liberales q̃ quoquomodo apprehẽderũt ꝛ inſinuauerũt dictã natiuitatẽ: non quidem ꝓbãdo: ſed potius vtcũqꝫ perſuadendo. Sed quonã pacto videamus inductiue.

¶ Prima igitur mulier vt ab altiori et nobiliori incipiam? eſt aſtrologia que verſatur circa cõtẽplationem corporꝝ celeſtiũ: vtpote aſtrorꝝ planetarũ ꝛ hmõi. Hec aũt mulier apprehendit virũ xp̃m in ſua natiuitate dũ vidit ſupra curſum nature noctem dñice natiuitatis verti in lucẽ diei. Sic em̃ longe ante prefiguratũ atqꝫ ꝓphetatũ fuerat. De figura quidem ſcribitur Exo. xiij. Vbi dr̃ q̄ cũ filij iſrael exirẽt de egypto domin⁹ oſtẽdebat eis viã tẽpore noctis per columnã ignisquẽ faciebat ſup caſtra eorꝝ lucere. Jdem habet Nũe. ix. Ad propoſitum filij iſrael ambulãtes per deſertum deſignãt multitudinem hoim ambulãtiũ in deſerto hui⁹ mũdi: quib⁹ xp̃o naſcẽte qui eſt lux vera apparuit lux de celo: in ſignũ q̄ ipſe veniebat in carne ad illuminãdum oẽm hoiem veniẽtem in hũc mũdũ: et ad depellẽdũ noctem peccati et ignorantie. Vtrũ aũt iſta illuiatio noctis fuerit vniuerſalis: vel tm̃ apparuerit ſup terrã iude. Jncertum habemus: ſicut ꝛ de tenebris que facte ſunt hora paſſionis xp̃i. Poteſt tñ ꝓbabiliter dici dictã illuſtrationem noctis tm̃ apparuiſſe ſup terram iude: vbi tm̃ fides xp̃i venturi vigebat: et non apud alias nationes. Jn huius aũt figura le

gim⁹ Exodi.x. ꝙ facte ſunt tenebre horribiles in vniuerſa terra Egypti adeo: ꝙ tribus diebus nemo vidit fratrē ſuū nec mouit ſe de loco in quo erat. Vbicunqꝫ autē erant filij iſrael lux erat. Applicatio eſt facilis. Vnde Heſter. viij. Judeis noua lux oriri viſa eſt.

Secūdo dicta illuminatio ꝓphetata fuerat ꝑ Pſal. dicentem. Nox ſicut dies illuminabitur. Item Eſ. ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnam. i. xp̄m: ꝗ di. Ego ſum lux mundi. Jo. viij. Sequitur. Habitantibus ī regione vmbre mortis. i. in limbo vbi eſt vmbra/ lux orta eſt eis. Veriſimile eīn eſt ꝙ ſicut mundus corpaliter illuminatus eſt xp̄o naſcente in terris: ita etiā et limbus patrū ad eorū conſolationem ſcd̄m illud Pſal. Lux orta eſt iuſto: et rectis corde leticia.

